Brabium βραβεῖον II 259, 45; III 240, 19. praemium IV 26, 29. uictoria IV 25, 7. uictoriam IV 487, 35. palma, id est uictoriae IV 585, 23. genus palmae, uictoriae IV 26, 34; 314, 38; 487, 34 (brad.). signum uictoriae III 510, 55 (brad.). praemium uel palma IV

25, 6 (brad.). corona triumphalis in agone II 570, 25. munus uictoriae uel genus palmae IV 602, 11. palma id est munus uictoriae IV 26, 41 (manus); 210, 48 (manus); V 272, 13 (brad.). munus uictoriae aut praemium uel genus palmae IV 594, 17. munus uictoriae, praemium IV 487, 33 (brad.). **brabia** merita, munera, palmae, dignitates V 171, 5. *V.* baen.

Bracae ἀναξυρίδες III 401, 4. **braces** ἀναξυρίδες III 208, 60. **bracas** ἀναξυρίδας III 69, 66 (= 637, 1). *Cf. Edict. Diocl.* 7, 46; *GR. L.* V 572, 11; VII 108, 10; *Holder, 'Altcelt. Sprachsch.'* *V.* perizoma.

Bracata Gallia IV 594, 16 (gillea). galeata IV 210, 49 (Gallia *corr. Warren*). gallea gallea incola s V 272, 17. **braca** gallia que incola situs est V 632, 47 (*scr.* bracata Gallia quae incolas suos bracatos habet: *cf.* brualia).

Braces sunt unde fit ceruisia V 616, 26. *V.* bratium.

Bracharius *v.* brattearius.

Brachia arborum ἀκρεμόνες III 263, 51.

Brachiale gyrdels (*AS.*) V 403, 64. *V.* uiriola.

Brachionarium ψέλιον ἀνδρός II 480, 13. armilla *b ante* II 570, 25.

Brachium βραχίων ὁ τῆς χειρός II 259, 61. βραχίων II 499, 55 (bracch.); 525, 38; 543, 30; III 248, 3; 351, 5; 554, 8; 618, 36. ὠλένη II 546, 57. **brachia** βραχίονες III 12, 39; 85, 67; 175, 48; 310, 71; 349, 49; 394, 53; 401, 8; 490, 44; 510, 71. **brachiis** ulnis IV 314, 39; 594, 11. *V.* brachia arborum.

Brachium domini filius, per quem operatus est IV 594, 12 (= *Eucher. form. p.* 7, 11).

Brachus breuis V 347, 39; 403, 67.

Brachylogia breuis dictio IV 25, 8. breuis dictio, ut ex hoc est ille et ille et ille et ille IV 487, 51; 594, 14.

Bracidelli *v.* collyrida.

Bracile zona V 412, 35 (*reg. Bened.* 55, 30). *Cf. Isid.* XIX 33, 5.

Bractea *v.* brattea.

Bractearius *v.* brattearius.

Bracteoli ornamenta equorum, quae dicuntur gagelli (*v.* scelides). V 616, 30 (bracteolae?). *V.* bardus.

Bradigabo (*vel* badrigabo) felduuop V 347, 14; 403, 66. *Glossa obscura: cf. Hessels p.* 25, 183 *et Wright-Wuelcker p.* 196, 23: **bradigatio** ploratio campi, feldwop (= *Weinen auf dem Felde*). bryonia *Hehn p.* 466. *V. Diefenbach gloss.*

Branchus praefocatio V 493, 7; 563, 58 (brucus). *Cf. Isid.* IV 7, 13.

Branchiae cian (*Kiemen, AS.*) V 348, 13 = 403, 72 (braciae). *Cf. Isid.* IV 7, 13.

Brandeum *v.* prandeum.

Brantia *et* **branzia** *v.* brattea.

Brasas *v.* carbo.

Brasbrat *v.* lucubro.

Brassica κράμβη II 31, 16; 354, 42; III 265, 34; 316, 70; 498, 43; 526, 38; 546, 48 (gambri); 185, 36 (crambus); 566, 59 (kambris); 583, 27 (gambris); 544, 6 (cabri b ∗∗∗∗). siluatica III 536, 62. caulis II 570, 23; III 553, 41; 543, 64 (⟨ca⟩ul⟨is⟩); 608, 51 (caulus); 617, 56 (caulu); 631, 28 (caule). caulis crispus III 580, 35. caule agreste III 536, 57. κράμβη (cambri), id est **brasica**, hoc est rauacaulis (*cf. v. Fischer-Benzon p.* 110) III 583, 58. **brusica** planta, caulis V 563, 57. *V.* caulus.

Bratium (= bracium *Diez* II c bras) malt (*AS.*) V 347, 13; 403, 65. *Cf. Papias:* brachium (*h. e.* bracium) unde ceruisia fit; *AHD. GL.* III 225, 51; 69. *V.* braces.

Bratiuas quod supra (*praecedit* balaustia flores malae granatae: *at cf.* 51) III 543, 55. *An* βράθυ? *Cf.* sabina.

Brattea πέταλον II 31, 17; 521, 50; 406, 27. **brattanea** lamina V 403, 76. **brattea** petalum, id est lamina aurea V 652, 47 (*cf. Iuvenal.* XIII 152). auri lamina IV 26, 38; V 171, 6; 272, 22; 493, 8. lamina auri V 492, 38. tenuis auri lamina IV 432, 11 (= *Verg. Aen.* VI 209). **bratthea** tenuis auri lamina V 171, 7. **branzia** tenuis auri lamina IV 407, 13; 594, 29. **brantia** uel **branzia** tenuis auri lamina V 593, 16 (*cf. Loewe Prodr.* 79). **brattea** tenuis auri lamina siue purpura sirici (= serici) bis tinctum IV 594, 15 (*contam.*: *cf.* blatta). **bractea** auri lamina siue purpura (*item contam.*) IV 602, 6. **brattea** auri lamina seu deaurata V 443, 27. **bratthea** auro similis, sed non uerum aurum V 171, 8. **bratea** tabula ductilis II 570, 22. *De* bractea *cf. Mus. Rhen.* XLV *p.* 495.

Brattearius πεταλουργός II 406, 28. **brachiarius** πεταλοποιός III 502, 21. **bracharius** πεταλοποιός III 371, 21.

Braugina *v.* baruina.

Brephotrophium locus uenerabilis in quo infantes aluntur IV 211, 25.

Breui animo pusillanimo IV 25, 9; 26, 30; 488, 9; 594, 20. *Cf. GR. L.* I *p.* 90, 1.

Breuiarium ἐπιτομή II 312, 16; 502, 58; III 440, 39; 478, 42. *V.* epitoma.

Breuiarius διὰ βραχέων διηγούμενος II 270, 21. ἐπίτομος II 312, 17.

Breui creuit V 660, 33 (*cf. Sall. Cat.* 7).

Breuigerulus qui breue (= epistolam) gerit *Scaliger* V 592, 40 *ex Osberno p.* 76[b].

Breuiloquis βραχυλόγος II 260, 5. qui pauca loquitur II 570, 26 (breloquis *codd. praeter b; cf. Birt Mus. Rh.* LII *suppl. p.* 88).

Breuio βραχύνω II 260, 6. **urebio** κολοβῶ II 352, 32.

Breuis βραχύς II 260, 3; III 86, 51; 180, 49; 252, 31; 329, 39; 490, 45; 510, 76. βραχεῖα II 259, 60; III 328, 16. κολοβά III 375, 58 (*scil.* uocalis). **breue** βράχος II 260, 1. βραχύ II 31, 18. kondon III 323, 51 = 527, 16 (*Boucherie* χόνδρον, *ad aliud vocabulum pertinere ratus, in cap. de vestibus:* κονδόν? *v.* curtus). πιττάκιον breuis (= breue) II 408, 23. βραχ[ε]ίων ὁ μικρός breuis II 259, 59. **breui** stata (spatio?) temporis V 272, 21. **breuibus** asperis IV 594, 18. *V.* in breuia.

Breuissime πάνυ διὰ βραχέων II 393, 57. διὰ βραχέων πάνυ II 270, 20. βραχυτάτως II 260, 8.

Breuis uocalis κολοβά III 497, 80.

Breuitas βραχύτης II 260, 7. συντομία II 534, 47.

Breui tempore ὀλίγῳ χρόνῳ II 382, 8.

Breuiter συντόμως II 448, 30. διὰ βραχέων πάνυ II 270, 20. paucissime uel succincte IV 594, 19. paucissime IV 432, 12 (*Aen.* I 561 *et alibi*).

Bri ***** de tesseris *Scaliger* V 592, 45 (*quod ad* Ceres, reris, reri declinatur *revocat Loewe GL. N.* 161: *ubi vide aliorum conamina*).

Bria εἶδος ἀγγείου (αιτιον *cod.*) II 31, 19. *Cf. GR. L.* I *p.* 83, 16.

Briareus gigans centimanus IV 212, 15; V 272, 24 (*Verg. Aen.* VI 287).. *Cf.* **bilariaros** unus det epigan *ex cod. Leid.* 67 *E* (*Loewe GL. N.* 154).

Briensis(?) handuyrp (*AS.*) V 347, 4 = V 403, 62 (honduyrm).

Briginus *v.* artemisia.

Brisa στέμφυλον II 437, 6; 496, 36. granum uuae II 570, 24. *Cf. schol. Pers.* I 76.

Brisca *v.* fauus.

Brisconis(?) hulsi minuti III 587, 41. ul fus minuti III 608, 36. *V.* frisgone, ramnus.

Britia λαφνίσκος III 432, 36 (*obscura,* περὶ θρεμμάτων).

Britischae *v.* zetas hiemales.

Brittaneum deambulatorium marmorat[or]um V 171, 9. **britanium** marmoricum V 613, 4. *An* prytaneum? (*cf. Ducange*).

Brittannica (*vel* brit.) bibone (*v. Pseudap. c.* XXX) III 553, 73; 618, 23. uiuone III 619, 26 id est herba quae in cisterna nascitur III 587, 40; 608, 32; 617, 35 damascineus (damasonios *Pseudap.*) III 560, 31. dapnisinis III 560, 14. eluros III 561, 73. bretoniceluros III 553, 71 (brit.). bertanicelurus id est **bettonica** III 618, 22. **britonica** epaturio III 632, 18. **britanica** beta perlatauiana (?beta plantaginis *Pseudap.*) III 553, 72. **britonica** camitreos III 545, 6. *Cf.* **betonica** cametrios III 537, 24. **britonica** beta agrestis III 536, 61. **brittanicae** (*vel* -ci) flores qui in silua nascuntur IV 26, 35; V 173, 9 (burritanici). **britannica** flores qui in silua nascuntur IV 488, 55; V 272, 12 (nascitur); 403, 75 (*item*); *Scal.* V 592, 4 (brittanniaca *et* flos *et* nascitur); IV 594, 23 (nascitur). *Cf. Loewe Prodr.* 79, *Holder 'Altcelt. Sprachsch.', Diosc.* IV 2. *V.* uettonica.

Brittia cressa (*Kresse, AS.*) V 404, 1.

Brittola *v.* cepa minuta, cepulas. *Cf.* sature id est **brittola** III 595, 32. sature id est **bictola** III 629, 31. sature id est **bratura** III 577, 27.

Brocchus ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ᾠδηκώς II 31, 20 (brochus). qui labrum superius (*ita* V 272, 28: *ceteri* superiorem) tumidum habet IV 594, 25; 602, 12; V 272, 28; 493, 10 (broicus *et* minimum). cuius dentibus expelluntur labra V 493, 9. est inflatio labiorum et ponitur pro superbia V 616, 17. **brocca** labrosa IV 26, 20; 28; 212, 32; 489, 20; V 171, 10; 443, 40 (*cf. glossam quam adfert Loewe GL. N.* 150 *e cod. Casin.* 439[5] **brocca** libritta, *ubi* labrata *quam* labrosa *mavult scribere*). quae dentem labro propellit *e cod. Voss. Fol.* 82 *Loewe Prodr.* 80. **brocci** sunt producto ore et (orei *cod. cf. Non.* 25, 21) dentibus prominentibus V 443, 28; 563, 42 (brocis producto *et* ore in). *Cf. Loewe Prodr.* 80, 391; *GL. N.* 144; 150; *Keil in Varr.* 186.

Broel (*cf. Diez* I broglio) edisc (*AS.*) V 347, 47. edisc deortuun (*AS.*) V 403, 68. *Cf. Wuelcker p.* 196 *adn.* 3.

Broelarius (*vel* broellarius *vel* broellearius) ediscueard (*AS.*) V 347, 49; 403, 69. *Cf. Holder 'Altcelt. Sprachsch.'* brolium.

Broia ulua marina *Scaliger* V 592, 3 (*h. e. ut vid.* boca belua marina: *cf. gloss. codicis Voss. Fol.* 82 broca belua marina (*Loewe Prodr.* 80). βρύα *Graevius.*

Broma (bruma) graece; latine edacitas; hinc bromat⟨ic⟩us (brum.) dicitur fastidiosus cibi V 616, 16. *Cf. Isid.* V 35, 6.

Bromaticus *v.* broma.

Bromius Liber pater IV 212, 29; 602, 14; V 272, 23. Liber IV 381, 18.

Bromosa (brumosa *saepius libri*) inmunda IV 489, 15; 586, 33; V 493, 12;

592, 60; 632, 48. inmunda, alba (atra?) uel nigra IV 594, 21. *Cf. Loewe GL. N.* 138, *qui Anthimum (ed. Rose) p.* 52[a] *confert, ubi* bromidus, bromiditas, inbromidari, exbromare *commemorantur. V.* feruidus.

Bromus squalor V 443, 29. squalor, id est fetor[e] V 563, 41. **bromum** sordum maris (sordem *Loewe Prodr.* 80) V 272, 25.

Bronchus *v.* brunchus.

Brontes disciputi (*scr.* discipulus) Vulcani V 272, 27 (*cf. Verg Aen.* VIII 425).

Brualia suos braccatos habent V 272, 19 (*v.* bracata).

Bruchus βροῦχος II 260, 29. locusta IV 594, 28; V 493, 11. genus locustae quod uolat V 348, 20; 403, 73. locusta[s] IV 27, 4. cefr (*AS.*) V 347, 51. cefer (*AS.*) V 403, 70. *V.* lucustinum. *An huc pertinet* brucis morbus bestiarum (genus b.?) IV 602, 15? (*an contaminata ex* branchus *et* bruchus?). *V.* branchus, beluus.

Bruma πλειάς, τροπὴ χειμερινή II 31, 21. τροπὴ χειμερινή II 460, 8; 476, 17; III 293, 69; 171, 39; 242, 43. χειμών II 517, 38. hiems IV 432, 13 (*Aen.* II 472, *alibi*). tempus hiemis IV 26, 33; 213, 6; 489, 43; 586, 32. gelum IV 314, 40. gelum hiemis IV 594, 22. gelus, hiemps, edacitas V 493, 13 (*contam.: cf.* broma). breuitas V 347, 6; 403, 63; 415, 38 (= *Isid. de nat. rer.* V 1, 2) = 425, 14. breuitas uel gelus, hiems IV 602, 19. *V.* frigida bruma, broma. *Cf. Serv. in Aen.* II 472; *Isid.* V 35, 6.

Brumalis τροπικὸς χειμερινός III 293, 6; *cf.* II 460, 8.

Brumaria rosina, pluuia V 272, 10. **brumalia** rosina, pluuia V 403, 74. resinosa, pluuia V 592, 64. rossinae, pluuia IV 602, 18. rosinalia, pluuia IV 489, 45; 594, 27. rosina *tutatur Loewe Prodr.* 80. **brumaria rosina** pluuia?

Brumosus annus rosinosus annus IV 489, 44; 594, 26 (ruinosus). rosinosus IV 602, 20; V 272, 11; 403, 77; 592, 63 (annosus res.). rosinosus *tutatur Loewe Prodr.* 80. pruinosus *Ott Fleckeiseni Annal.* CXVII 422.

Bruna(?) calonima III 556, 17; 621, 2 (buna).

Brunchus (= bronchus) uurot (*vel* urot, *AS.*) V 347, 54. **bruncus** wrot (= *Ruessel, AS.*) V 403, 71. *Cf.* ῥύγχος.

Brunda solida IV 213, 2 (bruda); 586, 39 (bruda); 594, 34; 602, 13; V 272, 26; 592, 5. bruta stolida *Rutgersius Var. lect.* 424; brunia lorica *Oehler Iahnii ann. suppl.* XIII 234. *Cf. Loewe Prodr.* 81.

Brunicus *v.* mannus.

Bruscum materiae genus IV 314, 41 (brustrum; *corr. Graevius*); 594, 31; V 272, 14; 593, 10. arboris genus *lib. gloss. Cf. Plin. N. H.* XVI 68; *Loewe Prodr.* 81. **bruscus** oximyrne (ὀξυμυρσίνη? *cf. Diosc.* IV 144) III 571, 44. *V.* ramnus, ruscus.

Bruta *v.* nurus.

Brutes τρίβολοι(?) II 31, 24. *V.* Bruttiani.

Brutescit sensu minor fit IV 314, 42; 594, 32. sensum minuit uel insipiens fit V 443, 31. **brutiscit** sensu fiet insipiens V 563, 59. **brutescit** obmutescit V 493, 14. **brutescunt** stulta fiunt IV 26, 31; 489, 39 (brutiscunt); 586, 35 (brutiscunt); 594, 33; 602, 16; V 443, 39; 632, 46 (brutiscunt). stulti fiunt V 171, 11.

Bruttia *v.* pix pontica.

Bruttiani οἱ (ο *cod.*) δουλικὰς τάξεις χρεωστοῦντες II 31, 22. **brutti** ανιμεριπολοι II 31, 40 (=bruttiani περίπολοι *d*). *Cf. Festus Pauli p.* 31, 12: *Dammann Comm. Ien.* V 40. *V.* congerrones.

Bruttii *v.* narici.

Brutus βροικος (βροῦτος *vel* ἄγροικος *Vulcan., cf.* βροκός, μωρός *Hesych.*), μωρός, ἠλίθιος, βραδύς II 31, 23. ἠλίθιος II 324, 3; III 250, 16. παχυκάρδιος II 400, 8. stultus IV 213, 13. insipiens IV 213, 12; V 444, 3; 493, 28; 540, 6; gurdus IV 407, 12 (butrus); V 593, 15. stultus, stupidus IV 12, 12 (aebrutus). stolidus, indocilis IV 26, 32. stultus, stupidus, hebes IV 586, 34; 602, 17 (stolidus). hebes, stultus, stupidus uel auis (= grauis), insipiens IV 314, 43. stultus, grauis, stupidus, hebes, insipiens IV 489, 38; 594, 30. stultus seu uanus corde, insipiens uel gurdus, grauis V 443, 30. **bruta** *v.* brunda. **brutum** obtusum V 638, 39 (= *Non.* 77, 26). **brutos** insensatos V 171, 12. *Quid sit* brutus pugnator V 540, 7 *nescio* (nugator *proponit H.*).

Bryonia bite (*h. e.* uitis) alba III 553, 62. dinupula (dinuprila *Pseudapul. c.* LXVI) III 559, 67. discopela (*cf. Pseudap.*) III 559, 68. carchadana III 557, 39 = caliadiana III 557, 41 = carcadana III 558, 43 = gadiana III 564, 65 (= dardiadana *Pseudapul.*). auotamna (= uua taminia *Pseudapul.*) III 550, 44. ampiololeuce (*h. e.* ἄμπελος λευκή) III 536, 6. notitia (nossa? *cf. Mai Dynam.* II 57) que est apoperagine III 536, 63. oracia III 571, 41. aruntia siue uites alba III 536, 49. *V.* cucurbita agrestis. *V.* bradigabo.

Bualia *v.* bucolia.

Buas potionem; pappas manducare V 638, 57 (= *Non.* 81, 1).

Bubalus (babalis *cod.*) uesand (*AS.*) V 348, 18; 404, 19 (bubulis *et* weosend *forma recentiore*). *Huc refero* butalus βούτραγος III 90, 67 (= bufalus). *V.* sisu, boisos, urus.

Bubestris animal araneae simile V 493, 16 (*scr.* buprestis; *cf. Isid.* XII 8, 5).

Bubile *v.* bouile.

Bubilion (*an* bubalion?) boueretna III 587, 51; 608, 58 (bob. *et* bouerena); 554, 63 (boueredna). *Cf.* boueretna id est retorboue III 587, 50. bouerena id est retro boue III 608, 41.

Bubinarium *v.* bubino.

Bubino (bibino *codd.*) menstruo, id est fluore[m] sanguinis (*ubi* fluore *Deuerling e suis libris:* fluuio sanguinis *R*) ⟨inquino⟩ *Plac.* V 8, 18 = V 51, 1 (inquino *addidi:* id est *del. Loewe Prodr.* 314; id est sanguinis *del. Baehrens 'Ien. Litteraturz.' 1877 p. 156*). **bubinare** (*ita* c^2. bibinare *R*. bibilionare *G*) sanguine (sanguinem *R*) inquinare (*ita Deuerling ex aliquot exemplaribus libri gloss. pro* inquinari). **bubinarium** (*ita* c^2. bibinarium *G*. uiuinarium *R*) autem est sanguis qui mulieribus menstruis (menstruus *G*) uenit *Plac.* V 8, 8 = V 50, 35. **bubinare** sanguine inquinare mulieris menstruae IV 489, 24; 586, 36; 593, 35; 594, 37; V 272, 46; 444, 5. sanguine inquinare mulieris menstruatae V 592, 48; 632, 49. sanguine inquinare menstruatae IV 602, 21; V 493, 18. inquinare sanguine mulieris menstruatae IV 213, 3 (*ubi* muliebri minstruum *exhibet cod. Sangall.*). *Cf. Festus Pauli p.* 32, 1 (*ubi O. Muellerus recte* inquinare *scripsit: nisi* bubinari *scribere males cum eodem. idem valet de Placido*), *Loewe Prodr.* 250, 313.

Bubla flood (= *Flut, AS.*) V 404, 35. (bulla *H.*).

Bubo νυκτικόραξ II p. XXXVII; 517, 48; III 18, 2; 90 8/9; 188, 24; 258, 1; 361, 11; 436, 4. γλαῦξ, νυκτικόραξ II 31, 26. νυκτικόραξ alitus **bubo** II 377, 26 (*pro* alitus *in a* ales *est.* alucus *H. v.* ulucus, haliaeetus). ἐρημοβόας III 319, 66; 518, 48. τυλάς (*τυλάς est* turdus) III 319, 67 (*v.* charadrion). φωνῇ ϑώψ (*vel* φωνὴ ϑώψ: *contam.*?) II 31, 44. strix (*ita Loewe GL. N.* 25: sirix *vel* sorix *libri*) uel genus auis II 570, 36. auis nocturna IV 314, 44; 490, 5. nomen auis nocturnae IV 213, 5; 586, 40. aues [in] palustris V 349, 8; 403, 46. auis malesaga, mali [h]ominis IV 432, 14 (= *Aen.* IV 462). auis [uel] nocturna, [in] palustris uel gufo (bufo *corr. m. rec.*) uel rurex (= sorex) siluester V 272, 40 (*v.* bufo). auis nocturna, malesaga, mali [h]ominis, quam quidam bufo (*cf. Diez* II b bufo) dicunt IV 594, 35 (*cf. gl. Leid.* 67 F^5: **bubo** nomen auis nocturnae quem quidam bufum dicunt *Loewe Prodr.* 421: bufus *forma vulgaris*). nomen auis nocturnae uel qui in paludes moratur IV 602, 22. nomen auis est nocturnae ominosa⟨e⟩, id est nycticorax V 443, 53. uuf (*AS.*) V 404, 12. **bubu** (bufo) uuf (*AS.*) V 347, 40; 55. Foedaque fit uolucris, uenturi nuntia luctus Ignauus bubo, dirum mortalibus omen *m. 2 post* IV 26, 41 (*Ovid. Metam.* V 549 *sq. cf. Isid.* XII 7, 39). *V.* ales.

Bubonaria *v.* subligar.

Bubtis *v.* bootes.

Bubula βοεία (βόεια?) III 316, 43 (publi *cod. an* bubulina?); 44; 364, 23 (βοΐνα); 401, 13; 490, 65; 511, 32. βόειον II 31, 28; 258, 33; III 16, 7, 88, 30; 364, 4 (bubal.) bouina IV 602, 23. **bubulum** βόειον III 255, 64; 379, 39 (βοΐνον; *fortasse* βοΐνον *bonum est*). bouinum V 271, 60; 403, 53. *V.* bouina caro, animal.

Bubulcarius βοώτης II 259, 44 (bubularius *Georges*).

Bubulcus βοηλάτης II 31, 27; 258, 29. ζευγηλάτης II 321, 60; III 143, 3; 261, 17. βοηλάτης, βουφορβός III 262, 3. βοώτης III 169, 68 (bublius *cod., signum caeli*). pastor bouum II 570, 33 (boum *a*); IV 196, 50 (boum *a*); 580, 27; V 336, 55 (bonus). boum pastor IV 595, 19; 432, 17 (= *Verg. Ecl.* X 19). bouarius V 583, 14. hridhiorde (*AS.*) V 403, 47. **bubulci** βοηλάται II 31, 30; III 200, 36. pastores bouum *c post* IV 26, 26; 602, 4. pastores boum IV 490, 6; 594, 38. bouum pastores V 347, 56; 403, 32. *V.* aububulcus.

Bubulina (*scil.* caro) βόειον (bobal. boinon: *v.* bubula) III 398, 6. **bubulinum** βόειον III 187, 41 (*de carne*).

Bubulum(?) qui sugat uentum uel aliquid aliud et postea reddet V 493, 15 (*an de* utre bubulo *agitur*?).

Bubum senium, angorem (anguorem *R: unde* languorem *Maius*) *Plac.* V 8, 19 = V 50, 17. *GR. L.* I *p.* 75, 15 *confert De-Vit.* bombum sonum, clangorem *H.*

Bucca γνάϑος II 263, 51; III 247, 43; 350, 52; 564, 45. βρόγχος II 517, 37. στόμα (istoma) II 563, 29. **buccae** γνάϑοι II 31, 31; III 12, 19; 85, 44; 175, 20/21; 310, 39; 349, 32; 350, 53; 394, 37; 401, 6; 513, 3. παρειαί III 175, 7. **buccis** oris V 347, 26; 404, 6.

Buccans garriens IV 602, 29.

Buccella ψωμός III 81, 27. ψωμίν III 572, 68. **buccilla** ψωμός III 7, 39; 467, 50. **bucilla** ψωμός III 440, 41. **buccellae** ψωμία III 164, 60. **bucellae** ψωμία III 340, 25; 440, 40. **bucellas** tortelli minuti III 598, 3 (tortelli *a* torta, *genus placentae significant*). **bucellae** (bucellat) sicca et extenuata corpora V 563, 55. **buccellum** ψωμίον II 481, 42.

Buccellarius *v.* assecula, galearii, cerbarii, parasitus, scurra.

Buccellatarius *v.* parasituli.

Buccellum *v.* buccella.

Buccidine *v.* buceriae.

Bucco garrulus, quod ceteros oris loquacitate, non sensu exsuperat (= *Isid.* X 30) IV 594, 39; 602, 28. garrulus, quod ceteros oris loquacitate non sensu superet, rusticus, stultus V 592, 6 (*cf. Loewe Prodr.* 82). sacerdos rusticus (sacerdos *suspectum. cf. Arch.* II 344) V 493, 19. *V.* eggones. **buccones** παράσιτοι, βουκκίωνες II 31, 37. stulti, rustici *cd post* IV 26, 33; 213, 2; 314, 49; 490, 3; 586, 25; 594, 49; 601, 39; V 172, 16; 48; 272, 5; 35; 349, 11; 404, 25; 443, 57; 632, 41. **baccunis** rustici[s], stulti[s] V 170, 17. **batinius** rusticus, agricolanus V 591, 53 (*cf. Loewe Prodr.* 68). **bucones** garruli, stulti, rustici V 563, 44. *Cf. Loewe Prodr.* 265. *V.* rusticus, bacuceas.

Buccones *v.* bolona.

Buccosus γνάθων III 330, 51; 495, 63 (gnatus); 512, 45. *Cf. Funck Arch.* VIII 372.

Buccula ὁ ψωμός (ψωμίον *be*) II 517, 39. παραγναθίς II 31, 32. umbo, randbaeg (*AS.*) II 570, 29. ὀμφαλός III 368, 48. εἶδος ἀγγείου (boccola: *ubi* botiola *d*) II 30, 43. bucc (*vel* bua *vel* buuc, *AS.?*) V 349, 14; 404, 29. **baculus** (*vel* buc.) rondbaeg (*vel recentiore forma* randbeag, *AS.*) V 348, 1. **buculus** rondbaeg (*AS.*) V 404, 14. *Cf.* ancyla, umbo.

Buceriae armenta pecuaria IV 314, 47; 594, 44. armenta IV 27, 7; 212, 48; V 272, 37; 349, 13; 404, 28. *Huc refero* **buccidine** armenta V 171, 15. **bucerias** bouum greges V 638, 54 (= *Non.* 80, 26). *V.* bucerum.

Bucerum γέννημα βοός (βιος *cod.: corr. g*) II 31, 33. pecus bubulum *cd post* IV 26, 35; 212, 47; 314, 46; 490, 7; 594, 43; 602, 26; V 171, 13; 272, 39; 349, 10; 404, 23; 443, 54. genus bubulum (buturum *vel* butyrum *in lemm.*) IV 315, 4; 395, 23. **bucera** boues V 443, 55; 563, 48. *V.* bacerus. *Cf. Festus Pauli* 30, 3.

Buceta pascua IV 212, 45; 490, 1; 586, 28; 593, 38; 594, 45 (bucita); V 272, 47; 592, 8 (bucula: *cf. Loewe Prodr.* 82); 65. pascua bouis IV 602, 25. loca bouum V 171, 14. pascua ubi cientur boues *Scaliger* V 592, 47 (bucita: *ex Osberno p.* 80ᵇ: *cf. Loewe Prodr.* 74).

Bucidae qui boues caedunt V 171, 16. *Cf. Loewe Prodr.* 267 (*Plaut. Most.* 884). *V.* buceriae, bucula.

Bucina βουκανιστήριον II 259, 9 (boc.); 496, 37. begir (*AS.*) V 347, 42. **bucina** erit tuba qua[si] signum dat bucinator, bucinus ipse canor *Plac.* V 50, 18 (= *GR. L.* VII 99, 16; 265, 8: *ubi recte* qua). *V.* bucinum.

Bucinaria uoces IV 314, 48 (bucen.); 594, 47; V 592, 9 (bucina tubae uoces *coll. Isid.* XVIII 4, 1 *Oehler Iahnii Annal. suppl.* XIII 235). **bucenariae** uoces V 171, 17; 443, 59. *An* bucinariae uoces *amisso interpretamento*? *V.* bucinae uox *Verg. Aen.* VII 519. *Cf. Loewe Prodr.* 82.

Bucinator βουκανιστής II 259, 8.

Bucino βυκανίζω(!) II 260, 43. βουκινίζω III 129, 21. **bucinas** βουκινίζεις III 129, 22. **bucinat** βουκινίζει III 129, 23.

Bucinum βουκάνη II 31, 34. σάλπιγξ II 429, 41. βουκανιστήριον (bocino) II 259, 9. clangor bucinae V 172, 47; 563, 43. *V.* tuba. *Cf. Festus Pauli p.* 30, 9, *Isid.* XVIII 4, 1. *V.* bucina.

Bucinus κῆρυξ θαλάσσιος (*piscis*) II 349, 17. **bucini** κήρυκες III 396, 36; 355, 27; 436, 73. *Cf. Plin. N. H.* IX 130.

Bucitum (?) seotu (= *Sitze vel Ställe, AS.*) V 404, 32. *V.* buceta.

Bucolia, bualia, id est stabula boum V 563, 51. **bolia** stabula bouum V 403, 43. **bolium** (bolio) stabula bouum (*vel* bonum) V 349, 6. *Nescio an huc spectet* bulum bucolium pastoris IV 314, 53; 595, 4; V 543, 17 (*unde pendet Scaliger* V 592, 16: bullum baculum pastoris: *cf. Loewe Prodr.* 83). **bolum** stabulum V 272, 18. *Cf. Hildebrand p.* 37. Baculum pastorum *est* agolum (*cf. Festus Pauli p.* 29, 14). bacillum pastorale baculum *Ducange.*

Bucula δάμαλις, deminutiue βοῦς II 31, 35. βούδιον, βουκόλιον II 31, 36. βούδιον, βουθύτης (*an* bucida *subest?*) II 31, 29. δάμαλις II 266, 19. μοσχάς II 373, 27. uitula, cucaelf (*AS.*) II 570, 27. uacca IV 27, 3; 314, 45; 594, 46; 602, 24; V 404, 24; 443, 56. uacca diminutiue IV 197, 4; 489, 32; 580, 33; V 336, 56. uaccula IV 212, 40. uacca uel uaccula diminutiue IV 594, 36. uascula siue uaccula IV 602, 27. iuuenca, uitula IV 489, 31. **bacula** iuuencula aut uitula *post* IV 26, 26 *cd.* *Cf.* **baccula** bouis femina

IV 313, 4. *V.* uaccula, *a qua* bucula *saepe vix discernas. Cf. Arch.* X 507.

Buculus *v.* buccula.

Buculus ὑποκοριστικῶς βοΐδιον II 258, 32.

Buda storia IV 212, 39; 586, 27. istoria IV 603, 3. historia IV 490, 4; 594, 48; V 592, 10; 632, 50. *Cf. Loewe Prodr.* 83 (*qui adfert codicis Camberonensis gl. apud Cerdam p.* 337. 481 *excitatam* buda stramentum licti de biblo, id est papyro). *V.* byblus, carectum.

Budionis *v.* albucii radix.

Bududomen (?) andracimen (= ἀνδράχνη) III 535, 3. *V.* portulaca.

Bufo ἀρουραῖος μῦς II 245, 45; III 259, 39. ἄγροικος μῦς II 217, 30. μῦς ἀγροικικός II 374, 21. μυσαδρος (*h. e.* μῦς ἄγριος: *ita fg*) II 31, 48. **bufo** et cufo ὀξύγη (?), εἶδος ⟨ἀ⟩κρίδος (ἀκρίδος *gh*) II 31, 47. **buffo** surex siluestris V 520, 26; 563, 46. *Cf.* bubo, buteo, bulelio, nasturtium.

Buglossa *subest in his glossis:* boalca id est coculbraga (?) III 554, 68; 587, 53; 608, 43. coculbraga id est boalca III 589, 7; 609, 48. *Cf. AHD. GL.* III 470, 3.

Bulba *v.* uulua.

Bulbicum ἀκροχορδών III 535, 9 (asrocorde); 549, 19 (asroscondon). ulpicum *Stadler.*

Bulbus ὁ ἐν τῇ γῇ φυόμενος βολβός II 258, 35 (bolbus). βολβὸς ὀφθαλμοῦ II 258, 34 (bolbus *cod. cf. Isid.* XI 1, 38). **bolbus** uellus II 570, 19 (*ubi* bolbus bulbus *Loewe GL. N.* 24). **bolbi** βολβοί III 14, 59 (βοαλβοι *cod.*); III 87, 48. **bulbi** βολβοί III 184, 7; 314, 55.

Bulelio (?) ἀττέλαβος III 188, 34. *Cf.* bruchus. bufo *H. V.* bulli.

Buleuta decurio, sentitor IV 314, 51; 594, 51; V 543, 16 (*ubi* senator *Hildebrand p.* 37). *V.* bolita.

Bulga saccus scorteus (corteus *G.* coreus *R: corr. Klotz ex Festo Pauli p.* 35, 1) *Plac.* V 8, 17 = V 51, 2. follis, a bulga bulla dicta quasi follis V 638, 40 (= *Non.* 78, 2). *Cf. Loewe GL. N.* 78, *Holder 'Altkelt. Sprachsch.'*. *V.* uulga, intra uurgam *praef. anthol.* (V *p.* V), borda.

Bulgari *v.* Vulgari.

Bulimodes (bol. *cod.*) qui ante cibum torquetur, aegrotus, cui post cibum indesinentes dolores V 349, 7. **bolimides** qui ante cibum torquetur aegrotus et post cibum cui sint dolores indesinentes V 403, 44. *Cf. Loewe Prodr.* 116.

Bulimus fames magna IV 26, 40; 602, 33. famis magna IV 490, 2; 586, 37; 595, 3; V 272, 50. *Cf. Festus Pauli p.* 32, 10. uermis similis lacertae in stomacho hominis habitans V 348, 4; 404, 15. *V.* belues. *Cf. Loewe Prodr.* 116.

Bulla πομφόλυξ II 413, 25; 517, 42; III 22, 32; 93, 41; 202, 60; 244, 56 (aquae *add.*); 246, 41 (*item*); 274, 29; 367, 56. † sumatalis (ornamentum *Loewe GL. N.* 25. spuma talis?) ut gemma II 570, 28. sigil (*AS.*) V 347, 17. sigl (*AS.*) V 404, 3. est sigillum, hinc bullo, las, id est sigillo, las V 616, 31. μηνίσκος II 517, 41; III 324, 24. **bullae** a similitudine earum quae in pluuia fiunt V 563, 53. bullas dicuntur quae per (pro *cod.*) pluuiam ex aëre fiunt in lacu (lacunt *cod. Paris.*) V 173, 2. ornamenta sunt regalium (regalia *cod. Leid.*) camellorum (*cf. Vulg. Iudic.* 8, 21) IV 407, 16. ornamenta regalium camelorum IV 595, 11; V 347, 57; 404, 11; 593, 17 (stramenta: *cf. Loewe Prodr.* 83). ornamenta regalia uel camelorum V 592, 11 (*Loewe l. s. s.*). ornamenta camelorum IV 602, 31. ornamenta regalium puerorum uel equorum uel camelorum IV 27, 9; V 173, 1. **bollas** ornamenta cinguli V 403, 52; 347, 18 (*cf. Krumbacher Arch.* I 150). **bulla** sigilla uel ornamenta cinguli V 493, 20. *V.* bulli, olla.

Bullantes aquae cum exundant, id est bullas emittunt IV 489, 46; 595, 2; 602, 32 (id est *om.*). aquae cum exundant, id est bullas V 272, 42. aquae cum exundant V 404, 27. aquae exundant IV 27, 5. bullas emittentes IV 213, 11; 313, 8; 590, 17. *Cf.* balantes.

Bulli χρυσοκάνθαροι II 31, 38.

Bulliente βεβρεγμένον III 554, 3; 618, 28.

Bullio ζέω III 255, 11. **bullit** καχλάζει II 31, 46. ζέει ἐπὶ θερμοῦ II 322, 9. scatet, feruet V 404, 22; 272, 44 (scatit).

Bullitum ἐκζεστόν III 255, 10.

Bullonium *v.* bolonium.

Bullum *v.* bucolia.

Bulmerca *v.* rhododaphne.

Bulones *v.* bolona.

Bulum *v.* bucolia.

Bulus (= βῶλος) *v.* alumen scissum.

Bumasta genus est uitis. Virgilius: et humidis bumasta racemis (= *Georg.* II 102: tumidis bumaste) V 173, 3. **bumaste** uua in similitudinem mammae buccae (*scribe* bouis *ex Serv. in Georg.* II 102: *vix* uaccae *vel* buculae) V 348, 23. uua in similitudinem mammae V 404, 20.

Bundae sonus tympani IV 212, 49.

Bunia byden (*AS.*) V 404, 34 (*an* butina? *v.* bothona).

Buniades *v.* apii semen.

Bunilla ὀνόρυγχος II 31, 49.

Buprestis *v.* bubestris.

Bura pars (pros *cod.*) aratri V 638, 52 (= *Non.* 80, 16). *Cf.* buris.

Buratum incensum V 272, 43. *V.* bustum.

Burbalia intestina maiora V 173, 4. intestina V 614, 4. **uubalia** χολάδες τὰ ἔντερα II 477, 49. *Cf. Diez* IIc brouailles.

Burca *v.* borda.

Burdit ψηρτιᾶ, γαυριᾶ II 31, 39. *Cf. Hildebrand ad Apul. Met.* VIII 22.

Burdo ἡμίονος ἐξ ἵππου θηλείας καὶ ὄνου II 324, 56 (uurdo). mulaus (μοῦλος?) III 189, 7 (*praecedit* ἡμίονος mulus). qui ex equo et asina nascitur V 493, 25. ex equo et asina V 563, 45 (*cf. Isid.* XII 1, 61). *Cf. Holder* 'Altcelt. Sprachsch.'.

Burdonicus asinarius *cod. Leid.* 191[3] (*Loewe GL. N.* 164).

Burgones caulas V 173, 6 (caules); 614, 5 (*Papiae glossa* **burgones** castra uel caulae *contaminata est: v.* burgus).

Burgus πύργος II 426, 26. turris II 570, 34. **burgos** castra IV 27, 1; 213, 8; 314, 54; 595, 7; V 173, 5; 272, 31; 33 (*om.* castra); 349, 12; 404, 26; 592, 17.

Burichus μικροφυής (microphyus) III 180, 59 (*nisi interpretamentum ad* III 180, 60 *pertinet*). *Cf.* mannus, mannulus; *schol. Hor. ad carm.* III 27, 7.

Buris ῥυμὸς ἀρότρου II 31, 50. ἔλυμα III 262, 55. curuamentum aratri V 348, 10; 404, 16. scaer (*vel* scaes, *AS.*) II 570, 32. **burim** ea pars aratri quae inflexe sicium (*h. e.* inflexa est, cui) temo adiungitur (*ubi* sicium *del. et* temoni *scribit m. 3 codicis Pal.*) V 173, 7. *V.* bura, in burim. *Cf. Serv. ad Verg. Georg* I 170; *Isid.* XX 14, 2, *GR. L.* VII 544, 23.

Burrae Vatroniae (*ita R.* elatroniae *G*) fatuae ac stupidae, a fabula quadam Vatroni (butroni *G*) auctoris (actoris *G*) quam burra inscripsit (scripsit *G*), uel a meretrice Burra *Plac.* V 8, 20 = V 51, 3 (*ubi* burrae uarroniae *et* Varronis *et* quam burras *Deuerling*). *Cf. Buecheler Mus. Rhen.* XXXIII *p.* 309.

Burritus homo crudelissimus IV 595, 9 (Busiris?).

Burrus πυρρός II 28, 33 (barus burrus *cod. contam. v.* barrus). **birrus** rufus IV 314, 15; 592, 51; V 591, 73. **burrus** niger V 404, 18. rufus, niger *c post* IV 26, 26; 212, 23; 489, 38; 601, 22 (birrus); 602, 38; V 272, 41; 348, 33 (boarris); 402, 4; 444, 7 (byrrus). **burrum** ξανθόν, πυρρόν II 31, 42 (*cf. Festus Pauli p.* 31, 6; *Dammann Comm. Ien.* V 41). rufum IV 24, 30; 213, 9; 314, 55; V 347, 32; 403, 56 (rubum); 404, 8; 444, 6; 493, 24; 562, 36. rufum uel nigrum IV 595, 10. bruun (*AS.*) V 348, 17; 404, 17. *V.* barrus, basus. *Cf. Loewe Prodr.* 394.

Bursa *v.* byrsa, borda.

Busequa boum prouisor V 657, 10 (= *Apul. de deo Socr. cap.* 5: *cf. Landgraf Arch.* IX 174).

Busta *v.* putatus.

Bustantes funestantes (*an* funerantes?) V 173, 11. sepelientes IV 314, 56; 595, 15; 602, 40; V 272, 36; 349, 9; 404, 21; 592, 19. funestantes, sepelientes IV 27, 6.

Bustar *v.* bostar.

Busticeta sepulcra in agro V 404, 10; 592, 20. sepulchrum in agro IV 603, 2; V 347, 34. sepultura in agro IV 213, 10; 314, 57; 595, 17. locus ubi conburant corpora V 404, 7. locus in quo conburuntur gentilium corpora IV 432, 16. sepulchra antiqua, ubi antiqui mortuos incendebant V 173, 12; 563, 56 (mortuos suos). sepulcra antiquorum, quia incendebant ossa eorum V 444, 2. sunt busta maiorum *cod. Leid.* 191[3] (*Loewe Prodr.* 84).

Bustuarium καῦσις νεκρῶν (bustuarius *cod.*) II 346, 61. cauterium, incisio membri propter infirmitatem (incisio mēm perinfir *cod. Amplon.* incissio membri *a.* incisionem pro infirmitate *b: correxi Ind. Ien.* 1888/1889 *p.* V: *cf. Nettleship 'Journ. of Phil.'* XVII *p.* 119, *qui pro* incisio membri *proponit* incensio mortui, *quo non opus est: erravit qui vertit: cf. Helmreich Arch.* VII 275) II 570, 31. *Huc refero* bouest rura (*h. e.* bustuaria) busta ardentia (rubentia *cod.*) IV 26, 25. *Cf.* bouestra radre (*? AS.?*) V 403, 48.

Bustuarius καύστης νεκρῶν II 347, 1. νεκροκαύστης II 375, 33. mortuorum incensor II 570, 35. qui corpora humana cremat *c post* IV 26, 26; 489, 37; 595, 16; V 541, 17. qui corpora comburit humana V 592, 50. qui humana corpora conburet V 173, 13. cremator corporum humanorum V 173, 14. **bustuarii** qui corpora humana cremant IV 213, 4; 586, 31.

Bustum τάφος, μνῆμα, πυρά (*sequitur* βουτιο *h. e.* buteo, *ut vid.*) II 31, 43. τάφος II 452, 11. τύμβος II 460, 65. πυρκαϊά II 426, 38. ustrina, beel (*AS.*) II 570, 30. sepulchrum IV 489, 36; 603, 1; V 272, 32. ubi cadauera hominum conburuntur IV 315, 2; 602, 41. quando corpus hominis ardentis extinguitur IV 407, 17. lignorum strues, ubi corpora humana cremantur *c post* IV 26, 26; 489, 35. ubi homines comburuntur aut sepultura mortuorum IV 212, 44 (ad sepulturam *cod. Sangall.*);

586, 30. **bustum** iam exustum uocatur, rogus uero cum ardere coepierit(!) V 173, 15 (*cf. Serv. in Aen.* XI 185; *Isid.* XX 10, 9): *inde explicantur:* exustu⟨m⟩ V 563, 50. incensum, crematum V 444, 9 (batum). conbustum V 404, 30. sepulchrum succensum IV 315, 1. praeflammatum V 493, 26 (perfl. *Mai* VII 553). conbustum, succensum, ubi homines conburuntur V 272, 30. afflammatum, ardens, ustulatum V 443, 60. ustulatum, praeflammatum, cinis sacer, assatum, ardens uel ubi cadauera hominum comburuntur V 443, 61. lignorum [in]struem uel sepulchrum succensum IV 595, 14. praeflammatum uel ⟨ubi⟩ cadauera hominum conburuntur uel sepultura mortuorum IV 595, 18. **brustrum** (*sine interpr.*) V 272, 34. **busta** clausa (*v.* borda) uel igne incensa IV 602, 39. ubi homines comburuntur V 421, 40 = 430, 19 (*Euseb. eccl. hist* XI 26). ignis IV 212, 42; 489, 34; 586, 29; 595, 13. arae, templum Caesaris, id est sepulchrum V 444, 1. *Cf. Festus Pauli p.* 32, 4. *V.* putatus.

But μῖσος (φωνὴ μίσους *Vulc.*) II 31, 25 (*an* bat? *cf. Pseud.* 235; *GR. L.* I *p.* 239, 21).

Buteo ὀρνέου εἶδος II 31, 52 (*cf. Fest. Pauli p.* 32, 7: *cf.* bustum; *Dammann Comm. Ien.* V 44). auis IV 595, 21. **beto** aues quae in auspicio seruatur IV 211, 15 (*cf. Fest. Paul. p.* 3, 5); V 492, 54. auis auricaria (auspicaria *Ott Fleckeiseni Annal.* CXVII 426; *Roensch 'Litt. Centralbl.'* 1877, 697. *Cf. Schlutter Arch.* X 200) V 272, 48. **buto** genus animalis (bufo?) V 173, 17. **butio** cyta (*AS.*) V 404, 5. frysca (*AS.*) V 404, 33.

Buteonem (bosteonem *G: cf. Arnob. p.* 95, 12) iuuenem *Plac.* V 8, 13 = V 50, 15 (= V 593, 20 = V *praef. p.* XXXVI). *Cf. schol. Attonis* (buteo iuuenis *et* buteones iuuenes, *qui ex Placido pendet*). falconem *pro* iuuenem *W. Heraeus Arch.* VI 274. pusionem *Nettleship 'Contr.'* 397. *Cf. Schlutter Arch.* X *p.* 199.

Buteum (?) herba palustris (plaustris *cod.*) V 272, 45.

Butis *v.* bootes.

Buttes *v.* crater.

Butum imbutum, ab inbuendo IV 595, 20; V 173, 18; 444, 4; 592, 21. inbutum, a buendo IV 315, 3. inbutum V 404, 13; 493, 27. *Non recte iudicat Roensch Coll. phil. p.* 138.

Buturum βούτυρον II 31, 51. *V.* sinum, bucerum.

Bux (buxus *Wuelcker*) box (*AS.*) V 404, 4.

Buxetum πυξεών II 426, 15.

Buxinum πύξινον II 31, 41.

Buxis *v.* buxus.

Buxus πύξος τὸ δένδρον II 31, 53. πύξος III 191, 45; 264, 6; 300, 40; 358, 24; 397, 13; 401, 9; 573, 2. **buxus, buxum** πύξος II 426, 16. **buxum** neutro lignum, **buxus** feminino arbor est V 173, 19. **buxum** πύξος III 358, 59. *capsella discipulorum:* **buxum** πύξος III 25, 30 *et* **buxu** πύξος III 198, 40. **buxum** πυξίον III 327, 38; 110, 4 (buxis) = 640, 7. **buxide** πύξος III 197, 24. **buxus** tibiolae et genus ligni IV 213, 1; V 493, 29. tibiolae IV 489, 41; 595, 24; 603, 5; V 272, 49. *V.* anagallis, pyxis. *Cf. Serv. in Aen.* IX 616; XII 766; *Isid.* XVII 7, 74; *GR. L.* I 327, 14; VII 100, 15; II 142, 14; *Suppl.* 105, 18.

Buzzi despectus uel contentus V 563, 49 (*cf. Onom. sacr. p.* 57, 1).

Bybleis duplicibus, linteis *lib. gloss. et Scal.* V 614, 2.

Byblus funes (*vel* funis) de naue (de cannabi *Ott Fleckeiseni Annal.* CXVII 420) ex buda facta IV 211, 32; V 443, 6. funes (*vel* funis) de naue uel buda facta IV 313, 54; 592, 10. funes de papiro facta[s] IV 601, 6. *Papiae glossa* **biblus** βίβλος iuncus codex liber uel duplex funis de naue *contaminata est ex compluribus*).

Byrrus *v.* birrus.

Byrsa corium IV 315, 5; 595, 25; V 404, 40. **bursa** corium IV 27, 8. **byrsa** graece, latine corium V 520, 20 (*cf. Serv. Dan. ad Verg. Aen.* I 367). **birsum** corium bubulum IV 25, 45; 212, 14; 488, 48. corium bubali(!) IV 593, 2. **birsa** coria V 171, 33. *Cf. GR. L.* VII 265, 5.

Byrseus lediruyrhta (*vel* lediruuyrcta, *AS.*) V 348, 3; 404, 38 (lederuyrhta).

Byssinus *v.* dalmatica, byssus.

Byssus generis est feminini *Plac.* V 8, 25 = V 50, 26. in terra affricana crescit in arbustis, lana alba sicut nix V 424, 12 (*Gregor. dial.* IV 33 = *Luc.* 16, 19). syricum (*scr.* sericum) tortum uel byssinum IV 489, 10. sirico torto IV 211, 47 (sericum tortum *abd*). castitatis, continentiae candor IV 595, 29 (= *Eucher. form.* 52, 24). **byssum** sericum V 171, 40. sericum tortum IV 25, 52; 593, 10; V 171, 39; 271, 19; 402, 71 (retortum); 404, 39 (tort. sir.). siritum tortum uel genus uestimenti V 444, 8. genus lini candidissimi uel sericum tortum IV 601, 25. uestis albi coloris, graece papaten (παππάτιν?) V 492, 63. genus est quoddam lini nimium candidi et mollissimi, quod Graeci papatin uocant IV 26, 9 (= *Isid.* XIX 27, 4). *Huc refero* **bisorctorto** genulini in siluis V 271, 53 (*h. c.* byssum s. t., genus lini in sil-

uis: *nisi* bysso retorta *subest: cf. Vulg. Exod.* 26, 1). sincerum est uestimenti genus (*contam.* ex byssus *et* bissus. *Cf. Arch.* II 345) IV 407, 15. sincerum est uestimenti genus uel siricum tortum IV 595, 27. tuigin (*AS.* = *Zwirn*) V 347, 25. tuin (*recentior forma, AS.*) V 404, 36. *V.* bissum, pessus.

Byzantium ciuitas constantino IV 488, 32; 593, 18 (*an* Constantinu?).

C.

Caballarius κέλης, ἱππεύς II 95, 50. ἱπποκόμος III 467, 51. alaris IV 315, 6; V 594, 3; 595, 59. *V.* primiuirgius.

Caballatio id est exercitatio *glossa apud Loewium Prodr. p.* 157.

Caballi ammissi ιππαφιδες (? ἵπποι ἀφεθέντες c. ammissi *Boucherie.* ἱππαφέσεις? *v.* carcer) III 302, 54.

Caballina ἱππία III 565, 42.

Caballus ἵππος II 98, 36; III 565, 32. cabo, equus IV 315, 7; V 594, 4. **caballi** ubi primum lectum sit V 639, 15 (= *Non.* 86, 11). *Cf.* si nobis (sonipes?) **caballus** V 529, 39. *V.* cabo, sonipes.

Cabana *v.* casana.

Cabi (caui) sextarii V 564, 4.

Cabidarius καβιδάριος II 334, 22. *Cf. Ducange.*

Cabo caballus IV 27, 21; 213, 20; V 173, 26; 27; 274, 61 (capa); 354, 76 (cabellus); 444, 10 (caballum). caballus, sonipes, equus IV 315, 13; V 594, 5. caballus grandis IV 490, 23; V 273, 9 (caballum); 593, 23. **cabo** uel **cabonus** caballus magnus V 616, 47. **cabo** sonipes [corrigari] V 565, 52. **cabonem** (*ita G.* cabonum *R.* cabanum *Deuerling ex cod. Cors.*) equum castratum quem caballum (gab. *R*) nos dicimus *Plac.* V 16, 6 = V 51, 5. *V.* caua trabe.

Cabreas Tu⟨s⟩quorum lingua Aprilis mensis dicitur V 173, 28. *V.* menses.

Cacabasia *v.* salutaris.

Cacabos (?) id est stignos III 621, 35. **cacarios** (?) id est strignos III 557, 7. *V.* alicaccabo.

Cacaturit χεζητιᾷ II 95, 19.

Caccabus πανθέψης III 325, 15; 379, 59. χύτρα III 270, 54. *Cf.* **cacabu** cetra (= chytra) II 563, 33. λέβης II 359, 5. **caccabum** olla V 444, 11. cetil (*AS.*) V 349, 31. **cacabum** χύτρα III 193, 70/194, 1; 403, 59. *Cf.* III 215, 26 = 231, 3 = 650, 9. *V.* cascabus.

Caccabus plumbarius λέβης II 557, 5 *margo.*

Cacemphaton obscena enuntiatio III 497, 15; 524, 5. *Cf. Isid.* I 34, 5; *GR. L.* IV 394, 32; V 293, 14.

Cachinnat καχάζει II 96, 48. ridet ex alto, id est sono V 274, 29 (cancinnat). **cachinnant** inrident (!) IV 490, 34; V 272, 57; 626, 29.

Cachinnatio altus risus V 351, 28.

Cachinnus (*vel* cacinnus) tractus solutusque risus *cd post* IV 30, 8; 432, 21; V 274, 9. tractus solutus⟨que⟩ risus aut ridiculum IV 490, 33. ridiculum IV 27, 19. ridiculus (!) V 273, 36. ridiculum, inutile IV 213, 22. iocus, ridiculum, lusus uel nimius risus IV 315, 16. **cacinni** risus inutilis IV 490, 35. *V.* cinnus.

Caco χέζω II 476, 9; III 402, 57. ἀφοδεύω II 253, 32. ἀφοδεύω, χέζω III 248, 68. **cacat** χέζει III 402, 54. **cacamus** χέζομεν III 402, 59. **cacant** χέζουσιν III 402, 60. **caca** χέζε III 402, 53. **cacaui** ἔχεσα III 402, 58. **cacasti** ἔχεσες (!) III 402, 56. **cacauit** ἔχεσεν III 402, 55. **cacauerunt** ἔχεσαν III 402, 61.

Cacodaemon malus daemon (*Clem. Rom. rec.* XI 17; 22) V 422, 63.

Cacoethes graece mali mores V 653, 26 (= *Iuvenal.* VII 52).

Cacomichanus logdor (*AS.*) V 353, 53 (*cf. Bosworth-Toller*).

Cacos probon (? *an* cacotropon?) V 354, 60. *V.* caotastrifon.

Cacosyntheton uitiosa compositio III 497, 16; 524, 6. *Cf. GR. L.* IV 395, 18.

Cacuere *v.* calo *verb.*

Cacula δοῦλος στρατιώτου II 95, 20. seruus militis II 570, 37 (miles *codd.*: *corr. Loewe GL. N. p.* 25); IV 315, 17. **caculae** (calc. *vel* cauc. *G*) lixae aut serui militum *Plac.* V 13, 24 = V 51, 14 = V 53, 11. serui militum IV 214, 51; V 274, 49. *Cf. Festus Pauli p.* 45, 16; 225, 8; *Loewe Prodr.* 277, *GL. N.* 205; *Dammann Comm. Ien.* V 42.

Cacula ligna arida IV 214, 52; V 351, 37; 564, 3. cocula *Loewe GL. N.* 206: *cf. Festus Pauli p.* 39, 3; *Ritschl Op.* III 62. *V.* cocula.

Caculabor (*ita Deuerling.* iaculabor *vel* iani labor *codd.*) seruiam, dictum a caculis (iaculis *RP.* calculis *G*) qui sunt militares *Plac.* V 29, 6 = V 75, 2 = V 110, 33.

Cacumen κορυφὴ ὄρους II 353, 55. ἐξοχή II 506, 21. III 275, 41. ἐξοχὴ ὄρους II 304, 32. ἄκρον ὄρους, ἀκρωτήριον, ἀκρώρεια II 95, 21. ἄκρον II 223, 61. ἀκρωτήριον II 224, 14. summitas IV 214, 44; 491, 27. uertix IV 30, 38. uertix uel caput montis IV 315, 18. **cacumina** acrorias, id est summitates V 444, 15. *Cf.* III 427, 18 (cacumina *sine lemm.*). *V.* acumen.

Cacumen rami ἀκρόδρυον II 223, 57.

Cada *v.* cadula.

Cadauer πτῶμα νεκροῦ II 425, 54. πτῶμα II 95, 22; III 176, 69. νέκυς III 570, 14. παραγήραμα II 394, 20. ab eo dicitur quod per mortem ceciderit IV 29, 8; 492, 15. corpus mortuum, a cadendo IV 215, 1 (*cf. Serv. in Aen.* VI 481; XI 143; *Isid.* XI 2, 35). a cadendo dictum V 173, 31. a casu corpus mortuum IV 492, 17. **cadauera** corpora IV 315, 19.

Cadax (*v.* catax) claudus, qui saepe cadit *Scal.* V 594, 15 *ex Osb. p.* 149[b]. *Cf. Loewe Prodr. p.* 309.

Caddos (*hebr.*) sanctus V 493, 30.

Cademopia *v.* syringias.

Cadentia occidentia, iugulantia (*cf.* caedo) IV 432, 22 (*Verg. Aen.* II 9 = IV 81). occidentia IV 315, 20. collapsa IV 103, 10; 531, 48 (kad.).

Cadentia sidera decliuia, occidentia IV 28, 44 (*Verg. Aen.* II 9; IV 81).

Cadiuus quae (!) similis est epilemticis: alii spumant, alii stertunt membraque non (?) contrahunt III 598, 16.

Cadmea⟨e⟩ (catm. *codd.*) **uictoriae** non bonae IV 215, 4 (*Loewe GL. N. p.* 151).

Cado πίπτω II 408, 11; III 156, 53. περιπίπτω II 404, 8. **cadis** πίπτεις III 156, 54. **cadit** πίπτει III 156, 55. ruit, decidit uel labitur IV 315, 21. **cadere** oppetere, mori IV 432, 23 (*Verg. Aen.* I 96). **kadere** fluere, deficere IV 103, 17; 531, 53. **cecidit** πέπτωκεν III 156, 56. ἔπισεν II 98, 54. ruit IV 32, 35. declinauit, ruit uel occubuit IV 317, 16. **ceciderit** ἐκπέσῃ II 292, 4.

Cadrio *v.* charadrion.

Caducarius heres qui in alterius bona succedit IV 214, 2. quicumque fit heres in bona alicuius qui heredes non habet IV 29, 27; V 173, 32 (heredem). qui fit heres in bona alicuius qui heredem non habet IV 492, 21. ad quem pertinent quae cadunt defuncto aliquo cui non est qui succedat V 595, 22. ad quem pertinent omnia quae cadunt defuncto aliquo; cum non est qui succedat, fit quicumque here⟨s⟩ et dicitur caducarius V 273, 59.

Caducas mali Punici apallacium III 536, 19. cutinon rostas id est **caducas mali Punici,** ipsas adambulacium dicunt III 538, 3 (*cf. Cael. Aur. chr.* IV 3, 52: caduci quod Graeci κύτινον ῥόας appellant, nos ampullagium).

Caduceator κῆρυξ ὁ ὑπὲρ εἰρήνης ἀποστελλόμενος τὸ κηρύκιον φέρων II 349, 14 (caductor *cod.*). **cadocator** (caduceator *a*) praeco, praedicator (*cf. Apul. Met.* VI 8) II 572, 6 **caduceator** legatus V 564, 6. **caduceatores** internuntii, id est qui inter partes nuntium portant V 521, 31 (*cf. Serv. in Aen.* I 297). *V.* caduciatus, caduceus.

Caduceus κηρύκιον II 491, 9. κηρύκιον ὃ βαστάζουσιν οἱ πρέσβεις II 349, 12. *Cf.* II 514, 48 (cadeuceus *sine interpret.*). ῥάβδος κήρυκος (rabdos ereas *codd.* Ἑρμαία?) II 509, 31. **caduceum** κηρύκιον II 95, 23. uirgam Mercurii V 355, 9. uirga Mercurii IV 31, 9; 214, 27; 492, 50; V 273, 58. *Cf. Serv. in Aen.* IV 242. uirga legatarii (*cf. GR. L.* VII 108, 11). a quo caduceatores dicuntur V 550, 8.

Caducia *v.* comitialis morbus.

Caduciatus ligatus (*ubi* legatus *Oehler: v.* caduceator) V 275, 8. *Cf.* **caduceatus** legatus pacis causa missus *Pap.*.

Caducifer κηρυκ⟨ι⟩οφόρος II 349, 13. praedicationis portator (*male versum, v.* caduceator) II 572, 14. *Cf. Loewe Prodr. p.* 133, *Apul. Met.* VI 8.

Caduciter praecipitanter V 639, 51 (= *Non.* 91, 1).

Caducus ἐπιληπτικός II 309, 22; III 207, 13 (epilemptis *codd.*). πτωτικός, πολιτικός, δημόσιος II 95, 17. daemoniacus IV 27, 29; 492, 16; V 273, 50; 355, 43. uecors, daemoniacus, lunaticus IV 315, 23. daemoniacus, inanis, deiectus IV 215, 12. **caducum** τὸ χωροῦν εἰς τὸν φίσκον II 95, 24. πτώσιμον II 425, 55. casurum IV 27, 31; 492, 19. **caduca** πρόσκαιρα III 440, 43; 479, 4. peritura IV 215, 43. folia, bona quae non habent dominum et cadere possunt V 273, 64 (*cf. Loewe Prodr.* 78). **caducis** inanibus IV 27, 30; 492, 18. inanibus, deiectis IV 315, 22. delictis seu detectis (deiectis?) V 444, 12. **caducos** ἐπιλημπτικούς II 95, 25 (επιλημπτιν *cod.*). *V.* bona caduca.

Cadula frustra (!) ex adipe. cada enim aruina dicitur *Plac.* V 14, 34 = V 51, 6.

Cadurcum tentorium quo merces proteguntur *Pap. Cf. GR. L.* VII 544, 20; *schol. Iuv.* VII 221.

Cadurdum membrum uirile: nam proprie cadurda dicuntur summitates naturae femineae sicut uirorum praeputium V 493, 32. membrum feminae V 596, 43. labra pudendi muliebris uel sponda lecti V 596, 44. *Cf. Iuvenal. ed. Friedl.*

p. 111 (cadurcum). *Frustra fuerunt qui apud Iuv.* cadurdum *legebant. Adde Osb. p.* 141.

Cadus ὑδρία II 462, 14. ὑδρία uel κάλπις (calipis *cod.*) III 496, 18; 505, 35. uas uinarius V 173, 35. genus uasis aenei V 173, 36. amphora semis IV 214, 45. situla aenea V 274, 45. uas V 493, 31. **cadum** graece quod latine situla uocatur V 173, 34. uas aereum seu cauum (caccabum *H.*) V 444, 13. uas ligneum V 173, 33. **cado** urna uel sicla (!) aenea V 444, 16. **cada** uas uinaria (uasa uin.?) IV 491, 5; V 354, 74. *Cf.* **catda** uas uinaria V 272, 63. **cados** ambras (*AS.*) V 349, 37. **cadis** uasis uinariis IV 432, 24 (= *Verg. Aen.* I 195). uasis V 444, 14.

Caeca τυφλίας III 376, 40. *Cf.* **caecatio** τυφλίας III 190, 9. *V.* caecilia.

Caecae fores occultae ianuae et absconditae IV 432, 26 (*Verg. Aen.* II 453). occultae ianuae IV 32, 30.

Caecatus πεπηρωμένος II 401, 36.

Caeca uestigia ratione carentia IV 432, 27 (cadentia *codd. cf. Verg. Aen.* VI 30); V 596, 6.

Caecia σκοτοδινία II 434, 3. **caecia** (*vel* cada) caligo oculorum II 571, 1. *Cf. Loewe Prodr. p.* 127, 417.

Caecias καικίας III 245, 34.

Caeci furore ira excitati IV 32, 25 (*Verg. Aen.* II 244).

Caecigena τυφλογενής II 461, 11. caecus natus II 570, 40.

Caeci ignes obscuri amores IV 432, 28 (*cf. Verg. Aen.* IV 209). fulmina V 176, 32.

Caecilia τυφλίς (!) III 19, 20. ἀσπίς lusca, **caelia** III 433, 9. **caecula** (*cf. Isid.* XII 4, 33) τυφλ[ε]ίας III 260, 3. *V.* caeciola, caeca.

Caecilinguis est qui nec loquitur nec audit (*ex* uidet *corr.: sed* uidet *bonum est*) V 617, 46.

Caeciola τυφλίας (τυφλιης *cod.* τυφλῖνος *Boucherie*) III 305, 28. τυφλίας (τυφαις *cod.*) **cicciola** III 433, 6.

Caecis undis tenebrosis fluctibus IV 432, 29 (*Verg. Aen.* III 200).

Caecitas τυφλότης II 560, 43 (*suppl. Boysen*). τύφλωσις III 384, 60. obtunsio, excaecatio IV 315, 25. *V.* cicona.

Caecitudo ἀβλεψία II 215, 17.

Caeco τυφλῶ II 461, 13. πηρῶ II 407, 35

Caeco carpitur igni occulto amore consumitur IV 432, 30 (*Verg. Aen.* IV 2). **caeco igni** occulto amore IV 32, 31.

Caeco loco obscuro, tenebroso IV 432, 31 (*an* **caeco** loco *e. q. s.? cf. Verg. Aen.* VI 734).

Caeco Marte nocturno bello IV 33, 4 (*Verg. Aen.* II 335).

Caecuma noctua IV 217, 5; V 276, 18; 494, 15; 521, 8; 595, 40; 596, 36. *Cf. Coroll. apud Festum p.* 381, 1; *Warren p.* 197, 199 (cicuma *scribendum* = κικύμη).

Caecum scelus latens [uel] crudelitas IV 432, 32 (*Verg. Aen.* I 356).

Caecus τυφλός II 95, 27; 461, 12; 558, 57; III 13, 49; 86, 61; 181, 14; 252, 69; 330, 6; 504, 80; 578, 11. πηρός II 407, 34; III 572, 46. improuidus IV 432, 33 (*Verg. Aen.* I 349: *cf. Non.* 525, 14). **caeca** nigra, occulta IV 32, 21. occulta, obscura, tenebrosa IV 432, 25. latentia (laetantia *cod.*) V 274, 43 (*cf. Serv. in Aen.* I 536).

Caecutientes lippientes IV 33, 7; 15 (caecumentes); 34, 20; 494, 13.

Caecutit caecus uel caligat V 276, 2. **caecutiunt** (cic.) lippiunt (cuppiunt *cod.*) V 639, 14 (= *Non.* 86, 9).

Caedar *v.* cedar.

Caedes φόνος II 472, 47; 495, 57; 518, 23; 540, 11 (caedis); 552, 36 (*item*); III 440, 44. σφαγή II 449, 8. φόνος, σφαγή II 95, 49. occisio II 572, 44 (caedis). homicidia, hoc est fons (= φόνος) V 274, 14. *Cf.* alapo *et Roensch* 'Beitr.' I *p.* 11.

Caedo τύπτω II 461, 5. κόπτω ὅ ἐστι τέμνω II 353, 31. σφάζω II 449, 11. δέρω ἐπὶ τοῦ ἐκδέρω II 268, 32. δέρω III 133, 21; 401, 46. **caedis** δέρεις III 133, 22; 401, 47. **caedit** δέρει III 133, 23; 401, 48; 440, 45. δέρει, ἀναιρεῖ II 95, 28. homicidium facit V 274, 13. **caedamus** δέρωμεν III 401, 49. **caedere** battere (*cf.* battuit) IV 494, 8. **caesi** *v.* macto. **caesit** cecidit IV 27, 54. **caeduntur** δέρονται III 401, 51. occiduntur aut truncantur IV 31, 41. occiduntur IV 494, 10. **caesi sunt** ἐδάρησαν III 401, 50.

Caedrus *v.* cedrus.

Caeduntur uigiles in⟨ter⟩ficiuntur IV 32, 32 (*Verg. Aen.* II 266).

Caelator τορευτής II 95, 51; 99, 2; 457, 29; III 79, 71 (τορευστής) 367, 11. τορ[υ]ευτής III 201, 15; 371, 20. faciens caelaturas II 572, 7.

Caelator argentarius qui in argento puro extrinsecus facta (fracta *G*) signa deprimit, a caelo descendens, quod est (est *om. R*) genus ferramenti *Plac.* V 12, 4 = V 53, 18. *Cf. Isid.* XX 4, 7.

Epetesin (?) impedimentum egestionis stercoris III 600, 10 (empodismos? πίεσις?).

Ephebion locus construpationis puerorum imberbium *Scal.* V 597, 63 (*cf. Osb.* 199, *Stowasser Arch.* I 441).

Ephebus ἔφηβος II 320, 67; III 249, 27. puer imbarbis IV 60, 31; 336, 29; 410, 27; 510, 33. inberbis IV 60, 4; 231, 12; V 288, 46. sine barba adulescens IV 64, 6. adoliscens qui barbam non habet V 290, 26. adolescens qui non habet barbam V 358, 67. puer sine barba V 547, 47. **ephebi** imberbes *Plac.* V 20, 1 (*cf.* V 63, 26: **ephebus** inbarbis, id est puer sine barba). adulescentes IV 60, 2; 231, 11; 510, 34; V 288, 43. adulescentes inbarbes IV 334, 52. a Phoebo dicti, necdum uiri, adulescentuli, lenis (*scr.* leues). Lucanus (III 518): mixtis armabit ephebis V 192, 12. *Cf. Isid.* XI 2, 10. **epheborum** studio⟨so⟩rum V 424, 62 (*Cassian. inst.* V 12, 2). *Cf. Landgraf Arch.* IX 374. *V.* effugium, ex ephebis.

Ephemeris diei ratio III 493, 78. cottidiana res IV 230, 50; V 358, 8. adbreuiatio rerum V 290, 19; 358, 61 (epimeri *cod.* epitome?). adbreuiatio rerum, id est breue IV 64, 3. quam habent mathematici, unde nomina colligunt IV 336, 23. quam habent mathematici unde colligunt singulum diem V 290, 25. quod habent mathematici unde litigant (*scr.* colligunt) dies singulos V 358, 66. commemoratio actus cottidiani IV 410, 28; V 192, 14 (ephemerides). unius diei digestio siue computatio, computus uidelicet mathematici singularum dierum uel siderum, de quo Iuuenalis satyrum(!) secundo (VI 572 *sqq.*): illius occursus etiam uitare memento, in cuius manibus ceu pinguia sucina tritas cernis ephemeridas. Graeci enim diem ἡμέραν dicunt, ephemeris etiam dicitur annalis computatio continens seriem totius anni descriptam V 584, 12 (*cf. Isid.* I 43, 1). dicitur computus mathematici singulorum dierum, siderum uel stellarum cursus V 656, 20 (*Iuvenal.* VI 573). **ephemerides** rationes IV 60, 18; 510, 48; V 497, 61. rationes, tabula V 551, 37. rationales tabulae, codices, libri, litterae V 568, 31. libri in quibus cotidiani actus scribi solebant IV 64, 18; V 192, 13.

Ephemeris (= ἐφημέροις) diurnis IV 232, 29. cottidianis, diariis(!) IV 334, 53.

Epheta (eff. *cod.*) adaperire IV 230, 49 (*cf. Ducange*). *V.* setha.

Ephialtes (fialtis *codd.*) qui incibo uexantur pro indigestione uel crudatione (cruditatione?) ciborum, id est incoctione III 601, 8. cacoquemia (κακοχυμία *H.*) **fialtis** III 598, 32. *V.* incubus.

Ephippium tegumentum equinum V 641, 31 (*Non.* 108, 23). **ephippia** ornamenta equorum V 657, 22. sunt equorum freni *Plac.* V 21, 1 (frena) = V 63, 30. *V.* epiphora.

Ephod quod est superhumerale[s] sine cucullo uestis sacerdotalis casulae, cuius uestis duo sunt genera, unum lineum et simplex, quod sacerdotes habebant, aliud diuersis coloribus et auro gemmisque contexta (!), quo soli[s] pontifices utebantur IV 232, 40 (*cf. Eucher. instr. p.* 156, 5). uestis linea latas manicas habens V 357, 27. hbat (bath.?) V 359, 54. lineum V 359, 55 (*cf. Roensch Mus. Rhen.* XXXI 454). *V. Isid.* XIX 21, 5.

Ephrem (*vel* effrem *ut in libris est*) et **Manasse** pro duabus tribu⟨bu⟩s id est, Leui et Ioseph IV 338, 30 (*cf. Roensch Mus. Rh.* XXX 449). **Effrem** fructificatio V 359, 44 (*Roensch l. s. s.* 460).

Ephyre *v.* Corinthus.

Epiasis *v.* epitasis.

Epibatae laici (classici *Graevius*) IV 512, 28; V 597, 57. **epibati** laici V 290, 15; 358, 20; 548, 2. sunt qui nauigaturis superueniunt et dato pretio se transportari cupiunt V 619, 14. qui peruenient et dant nabulum (= ναῦλον) pro nauigatione V 423, 11 (*Clem. Rom. ep. ad Jac.*). **ebifates** faerbenu (*AS.*) V 290, 27. **epibatas** ἐπιβάται III 297, 24; 517, 20 (*cf. Isid.* XIX 1, 7).

Epicasto locus est ad causas discernendas V 498, 49 (δικαστήριον? ἐπὶ δικαστοῦ *Buech.*).

Epicaustorium dicitur eminentior locus in aedificio ad spectandum uel solarium puellare V 619, 16. ubi carbones mittunt ad ministerium *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*). **epicastorium** supracastorium dicitur, incensorium V 498, 50. *Cf. Ducange, Arch.* I 263.

Epicedion carmen quod dicitur non adhuc sepulto corpore V 359, 22 (*cf. Serv. Ecl.* V 14).

Epicharmes *v.* charmes.

Epichiremata conamina IV 232, 41.

Epicoenum ἐπίκοινον II 308, 55. **epicoeni** promiscui sensus masculini et feminini V 359, 59. *Cf. GR. L.* II 141, 14, *Isid.* I 6, 34, *alibi.*

Epicroculum pallium tenue meretricium, dictum a croceo colore *Plac.* V 21, 12 = V 64, 27.

Epicrocum ἐσθῆτος εἶδος [ἢ σχοινίου ἀρμένου κατώτερον] II 62, 14 (*cf.* epidromum *Is.* XIX 3, 3). δηλαυγές II 62, 16.

epicroca perlucida (praelucida *codd.*) *Plac.* V 21, 4 (epipicra *codd.*) = V 65, 5 (*item*); V 453, 37; 628, 37 (*cf. Plaut. Pers. v.* 96). perlucida uestimenta V 634, 4. *Cf. Festus Pauli p.* 82, 13; *Loewe Prodr.* 284.

Epicurei genus philosophorum ab Epicuro dicti IV 440, 28. genus philosophorum V 290, 17. philosophorum genus IV 512, 29. **Epicureorum** secta ab Epicuro philosopho coepit qui summum bonum in corporis uoluptate (uoluntate *codd.*) putauit V 193, 37. *Cf. Isid.* VIII 6, 15.

Epicurus quidam quasi (casi *codd.*) philosophus Manichaeis (*vel* Manicheus) urbi cuius (turpiculus *Buech.*) qui luxuriam carnis summum bonum esse dixit V 193, 36. **Epicur[i]us** uoluptarius corporis V 422, 44 (*Clem. Rom. rec.* VIII 7; 15).

Epidaurus ubi gratiae (*vel* urbs Graeciae), a quo Scolapius Romae est aduectus (*vel* adductus) V 193, 38.

Epidict⟨ic⟩a demonstratiua *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*).

Epido (= ἐπιπλον) inter uentrem et umbilicum III 600, 38.

Epigetur (?) ἐπιμεϱουϱγεῖ II 62, 13 (epuletur *c*, *Vulc.* ecpietur *Buech.*).

Epigramma ἐπίγϱαμμα III 277, 44. titulus IV 64, 2; 513, 20; V 194, 2. titulum V 290, 18; 358, 60. adbreuiatio IV 232, 28. adbreuiata scriptura *Plac.* V 65, 1; IV 336, 24. edictum iudicis seu carmen famosum V 453, 38 (*v.* edictum). **epigramma[te]** edictum iudicantis IV 410, 35. **epigrammate** epigramma est paucis uersibus apta oratio, super sepulchrum uersus V 194, 3. epitaphium dicitur, id est super sepulchrum uersus *Plac.* V 65, 2. *V.* in epigrammate. *Cf. Isid.* I 38, 22.

Epigri claui quibus lignum ligno adhaeret *Scal.* V 597, 51 (*Isid.* XIX 19, 7).

Epilempsia ἀναλημψία III 488, 76. subita insensatio et cadens cum spumatione et raptu membrorum III 600, 22 (*v.* cadiuus). **epilentica** ἀναλημψία III 510, 5. *Cf. Isid.* IV 7, 5.

Epilem⟨p⟩ticus uuoda (*AS.*) V 359, 13 (*cf. Aldhelm. epist. ad Acirc. p.* 220). **epilentici** daemoniosi *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*). *V.* cadiuus.

Epilogium nouissima pars controuersiae, qui (!) preces tantum habet IV 336, 25; V 290, 20. *Forma* epilogium *suspecta, vix vetusta* (epilogum?): *quamquam* antelogium *bene dicitur. V.* epilogus.

Epilogus ἐπίλογος II 309, 29. recapitulatio breuis II 578, 33. extrema pars libri IV 232, 32. nouissima pars controuersiae IV 513, 23. nouissima pars controuersiae flebilis ad misericordiam iudicum commouendam V 290, 21. nouissima pars controuersiae quae preces tantum habet (*v.* epilogium) IV 64, 8. postremus (*truncata*) IV 64, 15. **epilogum** narratio, miserationes IV 410, 26. miseratio, ⟨re⟩capitula⟨tio⟩ (?) V 498, 52. **epilogon** narrationes et ratione (narratio, miserationes?) IV 232, 30. **epilogi** (-us?) narratio V 358, 6.

Epimelia *v.* pimelia.

Epimenia xenia (*vel* senia) quae dantur per singulos menses IV 64, 7; 336, 26; 513, 24; *Plac.* V 65, 3; V 290, 24; 598, 63; 634, 5 (*Iuvenal.* VII 120). nest (*AS.*) V 359, 32. *V.* epinia. *Cf. Roensch 'Coll. phil.' p.* 136, 295.

Epinia τανισια III 480, 43 (*ubi* ἐπινίκια *alio atram. add.*): epimenia τὰ σιτία *Roensch Coll. phil. p.* 136, 295 (τὰ ξένια *H.*).

Epin⟨i⟩cion siue **epinicium** (cinium *cod.*) triumphum, uictoria V 498, 53.

Epinome memoria V 357, 11 (epitome? epimone *esset* remora).

Epionia *v.* dactylus.

Epiphanes illustris IV 410, 29.

Epiphania splendor IV 410, 30; V 498, 51. apparitio, ostensio IV 203, 37 (= *Eucher. instr. p.* 154, 18); 512, 10. apparitio, ostensio, manifestatio IV 232, 25. adparitio IV 474, 2; V 262, 29. *Cf. Isid.* VI 18, 6.

Epiphonema ἐπιφώνημα II 312, 51. causa, contentio, efat (*AS.*), reub (*AS.*) II 578, 31 (*contam.*?).

Epiphora lippitudo oculorum IV 232, 34. *Huc refert Deuerling* **epyppia** maccos (*vel* muccos) equorum (*h. e.* epiphora muccus equorum) *Plac.* V 65, 4: *certe* ephippia *minus probabile.*

Epirus regio Europae IV 440, 29.

Episcopin[i] (= ἐπισκοπεῖν) superintendere IV 64, 16.

Episcopus uisitator IV 410, 34. superspector, speculator *add. def*). superinspector (= *Eucher. instr. p.* 160, 5) IV 232, 37. speculator V 290, 14. superinspector, uisitator uel speculator IV 512, 27.

Epistolia graece, quod est latine opertorium *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*).

Epistolium ἐπιστόλιον II 311, 19 (*Catull.* 68, 2). epistola demiminutiuum II 578, 32. **epistolia[s]** id est litteras commonitorias *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*).

Epistula ἐπιστολή II 311, 18; III 447, 12; 480, 64. scribula (scriptura?) IV

232, 35. **epistola** epi super, stola scriptio a stilo dicta *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*). **epistolam** ἐπιστολήν III 515, 66.

Epistulam ex⟨s⟩erere (exarare?) V 661, 62.

Epistularis exponis V 290, 16; IV 513, 13 (epistol.). **epistolaris** disponis V 568, 29.

Epistylia graece, quae super capitella columnarum ponuntur (= *Eucher. instr. p.* 148, 9) V 410, 49 (*de canon.*; *cf. Isid.* XV 8, 15; XIX 10, 24). **epistelia** capitella V 358, 23 = **epistua** graece capitella *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl*). *V.* pistylia.

Epitaphium ἐπιτάφιος II 311, 39. carmen mortuorum IV 64, 4; 232, 31; 513, 21; V 194, 4. **ephithamium** carmen quod dicitur sepulto corpore V 359, 21 (*cf. Serv. Ecl.* V 14). **aepitaphius** titulus mortuorum V 164, 7 (*Is.* I 38, 20). *V.* epicedion, taphos.

Epi⟨t⟩asis supersanus V 417, 4 (*de verb. interpr.* = *Hieron. in Matth.* 8, 14).

Epithalamium carmen nuptiarum IV 64, 12; 232, 33; 513, 22; V 194, 5. carmen nubentium V 358, 51 (*Isid.* I 38, 18). est carmen nuptiale V 619, 4. nuptialis laus IV 336, 27. laus thalami V 359, 43.

Epithema fastimentus (fascimentum *a*) in similitudinem quasi malagma III 600, 20.

Epithematia *v.* lixopyritum.

Epitheton superpositio V 359, 11. **epitheta** sunt quae nominibus apponuntur; est autem graecum: ut puta 'magnus homo', 'doctus philosophus' magnus et doctus (magnus et d. *om. R.*) epitheta sunt *Plac.* V 19, 10 = V 65, 6.

Epithymeticon concupiscibile *Plac.* V 65, 7. *Cf.* V 417, 11.

Epithymus qui super tumo nascitur III 589, 72; 611, 32 (nascit); 623, 34 (epitinum); 562, 71 (epithemus *et* timo); 595, 55 (tumo epitemus). **timo** id est que super nascitur **opitimus** III 629, 52. *Cf.* hipoteus (= hippopheon) id est **epitemu** III 565, 23 (*cf. Plin.* XXVI 55). *V. Isid.* XVII 9, 13.

Epitimio (epyt. *cod.* epithoinio *H.* ἐπιθυμοδείπνους *confert Buech. e Plut. quaest. conv.* VIII 6, 1) epulo, caena uel comesator V 568, 30.

Epitoma adbreuiatio IV 64, 17; 232, 26; 410, 31. supercisio quae de maiore corpore librorum carptim ac defloratim excerpitur, quae alio nomine breuis expositio ac succincta potest appellari: quo nomine solent Graecorum auctores succinctas ac defloratas ex aliis doctoribus expositiunculas appellare V 584, 13. **epitomen** breuiarium V 358, 44 (*cf. Hieron. de vir. ill.* 80). memoria uel breuiarium V 358, 31. *V.* breuiarium, ephemeris, epinome.

Epitomarius adbreuiator IV 232, 27; 410, 32

Epitomatarius adbreuiator V 453, 39.

Epitomos breuiata V 358, 54.

Epiusion peri⟨u⟩sion V 417, 1 (*de verb. interpr.* = *Hieron. in Matth.* 6, 11—13).

Epono *v.* expono.

Epos uersus heroicus quod ipso dicuntur gesta heroum V 164, 8; IV 474, 56 (quo *et* eorum *vel* eroum *codd.*); 12, 29 (quod ipsi *et* iesta eorum *codd.*). *Cf.* IV 204, 25: **aepos** uersus (*quibus add. abd:* quod ipso dicantur gesta heroum).

Epotat ebibit IV 232, 38.

Epotata ebibita IV 64, 19; V 194, 6. hausta IV 336, 28. **expotata** hausta *Scal.* V 597, 65; 628, 49.

Epotiotis timpanus ille qui fecatum et pulmonem sustinet III 600, 48 (epotis *Buech.*).

Epromo *v.* expromo.

Epulae θοῖναι II 62, 12; III 314, 21; 522, 36. εὐωχίαι III 314, 22; 518, 29. escae IV 11, 33; 476, 9. **epulis** dapibus, escis IV 306, 3. diuitiis, dapibus IV 476, 8.

Epulaticius qui epulis dat operam IV 64, 11; 515, 18; V 164, 9; 290, 22; 453, 41; 498, 54; 55; 598, 22.

Epulatio εὐωχία II 62, 15; 320, 53; III 172, 1; 239, 52. θοίνη II 328, 54. εὐφρασία II 320, 19.

Epulis carnis nimia(!) interiori⟨bu⟩s locis maxillarum III 600, 25 (ebolis *codd.* = ἐπουλίς).

Epulor εὐωχοῦμαι II 320, 55. εὐφραίνω II 320, 17. **epulatur** diliciatur V 437, 47. uescitur IV 336, 30. **epulantur** manducant IV 515, 19. manducant, conuiuantur IV 64, 13. conbibunt (*vel* conuiuunt), diliciantur IV 336, 31. *Cf.* epigetur, inter epulandum.

Epulum διανομή II 62, 11 (*GR. L.* I 554, 13); 536, 4. εὐωχία II 320, 53; 502; 38; 503, 42; 530, 4. θοίνη II 328, 54. conuiuium IV 232, 39. **epulus** esca, cibus cum lactuca, diuitia (dilicia *Buech.*) IV 410, 33.

Epupa *v.* upupa.

Epus *v.* eous.

Epyphi Aegyptiorum lingua Iunius mensis dicitur V 194, 1. *V.* menses.

Equa φορβάς II 62, 20; III 90, 35; 189, 4 (φορας); 258, 47; 361, 48; 495, 8. φορ⟨β⟩άς (*suppl. e*) ἡ θήλεια ἵππος II 472, 49. ἱπποθήλεια II 332, 59. φορβὰς **equa**, φοράδια **equae** III 18, 23. ἱππὰς

φορὰς **equa bardia** (*cf.* forda) III 432, 9. **equae** φορβάδες II 62, 22.

E quando ex quo tempore V 453, 43. *V.* ecquando.

Equarius ἱπποφορβός II 333, 6; III 308, 1. ἱππονώμης II 333, 2 (ἱππονομεύς *corr. e*). ἱπποφορβός, ἱππότης III 262, 6. *V.* equisio, equipastor.

Equatus uita priuatus IV 64, 28; V 194, 7. **equotus** uita priuatus IV 64, 25; 514, 45; V 598, 20 (*ubi* euitatus *post Semlerum Nettleship* 'Journ. of Phil.' XIX 121. enecatus *H.*).

Eques (*vel* equis) ἱππεύς II 62, 18; 332, 49; III 468, 61. ἱππότης III 174, 13. ἱππότης καὶ ἱππεύς III 241, 15. ἔφιππος II 321, 8. homo qui equo portatur IV 64, 27; V 290, 29. **eques** et **equester** unum est *Plac.* V 65, 9; IV 64, 24; 514, 44; V 453, 45 (*cf.* V 344, 26: sunt). **eques** est qui equo sedet, **equester** locus uel ordo, ut si dicas 'illi (ille *cod.*) honor equester est', item 'militat in equestri ordine' *Plac.* V 18, 16. *Cf.* **equester** locus uel ordo: ut si dicas 'illi honor equester est', item 'militat ille ⟨in⟩ equestri ordine' V 568, 32. *V. Isid. Diff.* 195. **eques** equester uel equi(?) (*Euseb. eccl. hist.* IX 9) V 421, 48; 430, 30. **equitem** pro equo V 641, 17 (*Non.* 106, 24; *Serv. in Georg.* III 116). **equites** ἱππεῖς III 27, 49; 146, 34; 208, 16; 298, 19; 352, 47; 395, 36; 523, 37. ἱππόται III 447, 17. **equitum** ἱππέων II 62, 26.

Eques (*vel* -is) **Romanus** ἱππεὺς Ῥωμαίων III 297, 72; 523, 36.

Equester ἱππεύς II 332, 49. ἱππικὸς ἄνθρωπος II 332, 52. **equestris** ἔφιππος III 368, 30. *Cf.* **equester** ἱππικὸν τάγμα II 62, 19; *adde* II 578, 38. **equestri** ἱππικῷ II 62, 23. **equestres** ἱππεῖς III 170, 52; 238, 48. trosseos (trossulos?) seu equites V 453, 44. *V.* eques.

Equestris dignitatis ἱππικῆς ἀξίας III 33, 4; 388, 13.

Equestris ordinis ἱππικός III 297, 68.

Equidem ἐγὼ μέν II 62, 24; 284, 35. ἐγὼ μὲν οὖν II 284, 36. ego quidem IV 64, 26; 232, 42; 336, 34; V 164, 11; 290, 28; 533, 63 (*Ter. Eun.* 739); 634, 6.

Equidem scio (ego *codd.*) ego scio IV 66, 10.

Equifer ἵππος ἄγριος II 332, 57. ἵππαγρος III 431, 32. *Cf. Roensch Coll. phil.* 274, *Brugmann Mus. Rhen.* XLIII *p.* 404.

Equilam equam V 641, 13 (*Non.* 106, 9).

Equile ἱπποστάσιον III 200, 39 (equale); 313, 42 (acuilae); 505, 61; 523, 49 (acuilae). ἱππόστασις III 357, 77; 365, 36. ἱππὼν ὁ τόπος II 333, 7. ἱππών II 502, 2. equorum stabulum II 578, 39. *Cf.* ἱπποστάσιον stabulum **equile** II 333, 4.

Equilio *v.* equisio.

Equinam (ecquin nam *G*) multitudo collecta et in unum congregata *Plac.* V 20, 19 = V 63, 21. *Lemma corruptum: ubi* equitium *b in marg.:* equirium *Deuerling* (*cf. Varro de l. l.* VI 13, *Festus Pauli p.* 81, 12): equinum ⟨equorum⟩ *Buech. coll. Anth. ep.* 218, 2. ecquinam ⟨ecquo modo. equitium equorum⟩ multitudo *Heraeus Arch.* VI 277: *cf. Deuerling* '*Bl. f. b. G.*' XIV *p.* 309. *V.* equitium.

Equinus ἱππικὸς ἄνθρωπος II 332, 52.

Equionas(?) aequa dictio *gloss. Werth. Gallée* 339 (*cf. suppl.*). aequisona *Buech.*

Equipastor ἱππονώμης (*cf.* equarius) II 333, 2. ἱπποφορβός II 333, 6.

Equisetum *v.* hippuris, cauda caballi.

Equisio ἱπποκόμος II 62, 25; II 332, 62 (equilio). ippocomus graece V 290, 32. ἱππονομεύς III 308, 3. ἱππονόμος III 505, 57. ipponomes III 523, 45 (*v.* equarius). hippago, aurigarius IV 440, 30. **equiso** ⟨pro⟩ equite V 641, 12 (*Non.* 105, 27). **equitio** equorum praeuisor (prouisor?) V 657, 9 (*Apul. de deo Socr.* 5; *cf. Landgraf Arch.* IX 174). **equitio** II 578, 37. **aequicio** ἱπποβοσκός III 300, 23. **aequitici** ἱππονώμης III 300, 22. *V.* equitiarius, agaso.

Equitas *v.* aequitas.

Equitatio ἱππασία II 332, 48; 556, 32. *Cf.* II 578, 36.

Equitatus ἱππικὸν στράτευμα II 332, 55. ἱππικὴ στρατιά II 510, 55. ἱππικόν II 491, 17. numerositas equitum V 634, 7. **equitatus** et **peditatus** numerus equitum et peditum V 344, 27 + 28. **equitatum** ἡ πολυϊππία II 530, 6. *Cf.* aequitas.

Equitiarius φορ⟨β⟩αδοβοσκός III 308, 2. ἱπποκόμος III 357, 73.

Equitio *v.* equisio.

Equitium συνιππία ὅ ἐστιν ἀγέλη ἵππων II 446, 42.

Equito ἱππεύω II 332, 50; III 75, 50; 146, 33. ἱππάζω II 332, 47. **equitat** ἱππεύει III 447, 16. **equitabo** περιππάζω (*ubi* obequito *e*) II 402, 51.

Equorum statio uel stabulum ἱπποστάσιον III 261, 64.

Equo uincens ἱππόνικος III 468, 62.

Equleus (equuleus *e*) πῶλος II 426, 56. **equileus** (*vel* equuleus) pullus equinus uel asinus (asininus *b*) II 578, 34.

Equum publicum ἵππον δημόσιον III 33, 5/6; 388, 14; 18; 447, 18.

Equus ἵππος II 62, 27; 332, 56; 556, 29; III 18, 18; 75, 51; 90, 30; 146, 32;

189, 3; 258, 46; 293, 32 (*sign. caeli*); 320, 25; 341, 44; 361, 47; 496, 26. **equs** (*vel* equus) sonipes IV 336, 36. **equus** in tutela Neptuni inuentoris sui (inuentoriosci *R.* inuentorium *vel* inuentorius *G.* eius *cod. Hamb.* sui c²) est *Plac.* V 19, 1 = V 65, 10. **equi** ἵπποι II 62, 21. **equos** ἵππους II 556, 33. *Cf. Serv. in Georg.* I 12.

Equus currilis *v.* currilis equus.

Equus currulis *v.* currulis equus.

Equus gymnicus (gennicus *cod. corr. David*) ἵππος εὔπλαστος III 432, 7 (*interpretatur* γενναῖος).

Equus marinus ἱππόκαμπτος (!) III 437, 24.

Equus Pegasus alatus, pinnatus IV 64, 22. alatus IV 232, 44 (equus alatus Pegasus *d*).

Er uigilis V 290, 35 (*Roensch Mus. Rhen.* XXXI 460, *Onom. s.* 6, 7). *V.* hir.

Era δέσποινα II 62, 42; *e post* II 68, 36 (hera); 268, 47. domina II 578, 40; *a post* IV 65, 25; 232, 47. **esa** domina IV 508, 41. **hera** domina IV 243, 11. **era** dominica V 290, 38. **era** (eram *G*) domina, **erum** (eritum *libri.* eritium dominium? erulum *H. cf. Deuerling* 'Bl. f. b. G.' XIV *p.* 310) dominum *Plac.* V 21, 9 = V 65, 11 + 21. *V.* erus.

Eraclios Bithyniensium lingua februarius mensis dicitur V 194, 10. *V.* menses.

Eradico ἐκριζῶ II 292, 33. **eradicat** auencat, eruncat IV 336, 37 (*v.* auerrunco).

Erado διαξύω II 273, 13. ἐκξύω II 291, 56.

Eranus sti[r]ps IV 336, 38.

Erapsa (ἐράνους *Buech*) dapulas *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*).

Erchese (= ἔρχεσαι!) graece uenis *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*).

Erciscitus (herc. *cod.*) διαίρεσις ὑπαρχόντων II 271, 16 (hercicitus *e*, erctuscitus *Vulc.*). **erctus scitus** II 578, 44 (*utroque loco* erctus citus *recte scribi exposui praef. GL. N. p.* XV, *post me van der Vliet Arch.* IX 302. *Cf. Bugge Fleckeiseni Annal.* CV *p.* 95; *Festus Pauli p.* 82, 16; *Gell.* I 9, 12; *Non.* 265, 24; *Serv. in Aen.* VIII 642). *V.* impulitum, haereticus.

Erciscundae (herc. *cod.*) **familiae** διαιρετέας οὐσίας II 271, 18 = οὐσίας διαιρετέας **familiae herciscundae** II 390, 25. *Cf. Salmas. Pl. ex.* 1263 *C.*

Erciscundus διαιρετός II 271, 19 (herc. *cod.*). **erciscendus** duos similiter habens heredes, sed melius bona diuidens II 578, 45. **erciscundae** διαιρέσεως II 62, 28 (διαιρετέας *Scal. ad Festum*). διαιρετοῦ III 447, 19; 481, 8 (διαιρετέον *vel* διαιρετέας *Vulc.*). diuidendae V 634, 10. **erciscendae** diuidendae IV 233, 2. ⟨di⟩uidendae, pa⟨r⟩tiendae † grate (hereditati *Buech.*) V 453, 52. euocandae (*h. e.* arcessendae), [in]diuidendae IV 65, 15; V 453, 58. **erciscundae** diuisio hereditatis V 547, 43. diuisio hereditatis inter heres(!) V 569, 58.

E re ὑπὲρ ὠφελείας III 447, 34; 480, 26. de re, conueniens IV 509, 52. de re, conueniens rei IV 65, 5. *V.* ex re.

Erebule (?) est stulte V 619, 1 (ἐπίβουλε? credule *Volkmann*).

Erebus Ἔρεβος III 237, 16. per b, non per u. est autem maritus Noctis paterque Furiarum et socius Chaus *Plac.* V 18, 15 = V 65, 13. tenebrae IV 510, 4. locus apud inferos, ubi sceleratorum animae concluduntur *Plac.* V 65, 16. inferorum profunditas atque recessus *Plac.* V 65, 17 (*Is.* XIV 9, 6). **Erebi** inferni IV 65, 25; 85, 45; 243, 24; 523, 56; V 290, 53. inferi(?) V 300, 14. inferi. Lucanus (VI 635): cessissent leges Erebi. V 194, 16. **Erebum** σκότος II 434, 4. infernum *Plac.* V 65, 15; IV 65, 8; 233, 5. tenebrosum, infernum IV 440, 36 (*Verg. Aen.* IV 510). profundum V 290, 48; 358, 62. profundum aut assidue (?) *Plac.* V 65, 14 (erebrum. *an* crebrum = assidue?). profundum, infernum IV 64, 38; 336, 41. infernum aut profundum IV 510, 3; 348, 41. *Cf. Festus Pauli p.* 83, 3.

Erectum ὠρθωμένον III 151, 48.

E re est ἀπὸ τοῦ πράγματός ἐστιν [α] τοῦτ' ἐστὶν ἀκόλουθόν ἐστιν II 241, 58.

Eregantur (?) loquantur V 424, 36 (*de Cassiano*).

E regione e latere, e contra IV 65, 3; 510, 5. e contra IV 65, 10; 232, 46. de aduerso V 640, 65 (*Non.* 102, 27).

E regione tolle V 661, 55.

Eremita (her. *codd.*) remota V 413, 44 (*reg. Bened.* 1, 5?) (*cf. Isid.* VII 13, 4).

Eremodicium ἐρημοδίκιον II 314, 12.

Eremum (her. *codd.*) desertum, inaccessibilem (*vel* inaccessum) IV 85, 46. desertum, inaccessum IV 523, 57. desertum IV 243, 26 (= *Eucher. instr. p.* 160, 11).

Ereo (Ἡραιος) Byzantinorum lingua October mensis dicitur V 194, 17. *V.* menses, Hereos.

Ereon sacerdotale V 358, 36 (ierion = ἱερεῖον *Hessels*).

Erepo ἐξέρπω II 303, 5. **erepsissent** inruissent V 357, 22; (*Euseb. eccl. hist.* III 6) V 420, 8; 428, 70.

Erepta auulsa IV 336, 39.

Ereptio ἁρπαγή III 447, 20; 481, 9.

Ereptoria adimenda, reddenda *Scal.* V 598, 31. adimenda (admandaicat *vel* admandicatur *codd.* ad mandatum *Buech*), reddenda IV 336, 40 (*cf. Loewe GL. N.* 114, *qui* ereptori adimenda reddenda *proponit*): *cf. Vahlen ad Vlp.* XIX 17).

Erga εἰς πρόθεσις II 286, 41. περί II 402, 4, iuxta, circa IV 64, 42, circa uel iuxta IV 336, 42. aput IV 65, 11. circa iuxta aut apud IV 508, 42.

Erga id [egregium uacuum] circa hoc IV 65, 29 + 30 (egregium magnum *Nettleship* 'Journ. of Phil.' XIX 121; egenum *Housmann ibid.* XX 50). *V.* egregius.

Erga illum circa illum IV 233, 1.

Erga me εἰς ἐμέ II 62, 29. circa me IV 65, 26.

Ergasterium graecus sermo est, id est operarium ubi opus fit, uel taberna ubi alicuius operis exercitia geruntur *Plac.* V 19, 5 = V 65, 18. *Cf. Isid.* XV 6, 1. operatorium V 498, 57.

Ergastularius qui ergastulo praeest II 578, 46.

Ergastulum δεσμωτήριον ἤτοι τόπος ἐν ᾧ οἱ δεσμῶται ἐργάζονται II 268, 43. τόπος ἐν ᾧ οἱ δεσμῶται ἐργάζονται II 457, 22. ἐργαστήριον II 62, 33; 536, 5. carcer, custodia II 578, 43. priuata custodia IV 508, 38. carcer priuatus V 194, 18. carcer uel locus V 290, 46 (*v. gl. insequ.*). carcer uel locus ubi damnati marmora secant uel aliquid operantur, quod latine metallum dicitur V 194, 19; IV 64, 36; 508, 37 (talentum *pro* metallum). locus ubi damnati marmora secant: nam graecum est quod latine metallum appellatur (*ita abc*) IV 233, 7. **ergastar**(!) ubi damna[n]ti aut marmora [ūg. opi: *om. cod. Werthin.*] secant aut aliquid operantur: nam graecum est quod ⟨opi⟩ficium latine metallum appella[n]tur V 290, 47 (appellant *cod. Werth.*). **ergastulum** carcer uel locus ubi damnati marmora secant uel aliquid operantur quod latine metallum (talentum *ed.*) dicitur, sub priuata custodia, ubi non sunt tenebrae *Scal.* V 598, 2 (*cf. Hagen Grad. ad cr.* 67). metallum, carcer, ubi serui includuntur IV 336, 44. ⟨**in**⟩ **ergastulo** in carcere V 429, 22 = 420, 41 (*Euseb. eccl. hist.* V 2). **ergastula** dicuntur a graeco (quoque et ipsa a graeco uocabulo nuncupatur *G*) ubi deputantur (dominantur *R.* damnantur *b*[2]) noxii ad aliquod opus faciendum, ut solent gladiatores et qui, puta exules (qui puta *om. G, Isid.*), marmora secant et tamen uinculorum custodiis alligati sunt *Plac.* V 19, 9 = V 65, 19 (*ex Isid.* XV 6, 2). ubi damnati aut marmora secant aut aliquid operentur V 358, 52. depressi (loci *excidit iudice Loewio Prodr.* 111) V 290, 43. conpedes uel rustici carceres, in quibus conpediti serui tene⟨n⟩tur V 194, 20. **ergastulorum** τόποι ἐν οἷς πεδῆται ἐργάζονται, δεσμωτήριον, δεσμός II 62, 31. ⟨ἀπ⟩ελευθέρων φυλακῶν (*suppl. Goldast*) II 62, 30. **ergastulis** duris operibus IV 336, 43; V 453, 46. operibus duris IV 233, 6.

Ergat circat IV 508, 48; V 598, 4 (erga te circa te? errat circat *Graevius. Cf. Arch.* III 559; '*Wien. Stud.*' 1889 *p.* 164).

Ergata ἐργάτης III 205, 20. operator IV 336, 45. uicinus V 358, 25 (*quod nescio an ferri possit: cf.* colonus, accola: *ubi* ficinus = officinus = opificinus *Warren,* uilicus *Schlutter Arch.* X 14). uicinus aut operator IV 65, 2; 232, 45; 508, 43; V 194, 21; 290, 50 (g⟨raece⟩ *addens*); 521, 46. ergaticus *not. Tir. V.* argata.

Erga te circa te V 498, 58. *V.* ergat.

Ergatiuum (erratiuum *Buech.*) contemplatiuum V 194, 22.

Ergenna sacerdos V 656, 21 (*Pers.* II 26; *cf. Arch.* X 186).

Erginario id est βυρσοδεψικόν III 539, 4. tergonarium?

Ergo οὐκοῦν II 389, 40; III 5, 70. οὖν II 389, 50. τοιγαροῦν, τοίνυν II 62, 34. causa uel opera *Plac.* V 21, 13 (aperta) = V 65, 20. causa IV 65, 20. propter V 641, 20 (*Non.* 107, 11). igitur uel deinde IV 336, 46. itaque, igitur, τοίνυν V 453, 47. pro saepe ponitur iuxta illud: ergo legunt scripturam sapientes, o Cato, id est saepe legunt V 521, 49 (*Virg. excerpta p.* 199 *anecd. Helv.*). *Cf. Festus Pauli p.* 82, 22.

Ergo Euander deo gentis suae locum sacrauit nomine Lupercal, quod praesidio ipsius numinis lupi a pecudibus arcerentur. nam Lupercalia sacra nudi perficiebant, ut est 'nudosque Lupercos' (*Verg. Aen.* VIII 663) cum enim in honore Panos haec sollemnitas ageretur, pecora Romanorum subito a latronibus rapta sunt: illi proiectis uestibus persecuti sunt latrones: quibus oppressis et receptis animalibus propter rem a nudis prospere gestam consuetudo permansit, ut nudi Lupercalia celebrarent V 659, 31 (*cf. Serv. in Aen.* VIII 663).

Erice folia habet et est similis rosmarini III 561, 4.

Erices carpos (carpu *cod.*) id est ilicis semen III 560, 47. **erecis** id est

massagiune (*Diosc. lat.* de ecino terreno ·i· nassaione *confert Stadler*) III 538, 51.

Ericius ἐχῖνος II 62, 35; 92, 52 (iricius); 321, 36 (*item*); III 18, 51; 90, 64; 189, 37; 259, 30; 320, 46; 361, 65 (ir.); 431, 54; 494, 9; 518, 52; 520, 8; 562, 23. *Cf.* systrix (ὕστριξ?) **ericio** III 189, 39. **ericii** idem et echini V 194, 24 (*Is.* XII 6, 57).

Erictat (*vel* -tit) custodit V 194, 25 (seruat?).

Eridanus Ἠριδανός III 241, 54. fluuius IV 65, 6; 410, 37; 511, 48. qui et Padus, fluuius Galliae cisalpinae (*cf. Serv. in Aen.* VI 659; X 189; *Georg.* I 482; IV 371; *Isid.* XIII 21, 26) V 551, 50. **Eridanus fluuius** Ἠριδανὸς ποταμός III 293, 39; 516, 65. *V.* eurus.

Erigo ὀρθῶ II 386, 43; III 78, 32; 151, 45. ἀνορθῶ II 228, 31. ὑπορθῶ II 467, 36. **elego** ἀφιδρύω II 253, 15 (*ubi* eligo *a*, erigo *e*. eloco *H.*). **erigis** ὀρθοῖς III 151, 46. **erigit** ὀρθοῖ III 151, 47; 447, 21. adtollit IV 336, 47. **eregi**(!) ὤρθωσα III 81, 38. *V.* frigeo.

Eriles lectos dominorum lectus V 194, 30.

Erilis δεσποτικός II 268, 49. δεσπόσυνος II 268, 50. dominicus II 578, 48 (dominicalis *b*); V 194, 31. filius dominicus V 194, 27 (erile). dominicus, nouus(?) V 194, 29. **erile** δεσποτικόν II 62, 36; 535, 56 (*cf. post* II 68, 36). dominicum IV 64, 41; 511, 52; V 108, 22; 194, 26; 459, 27. dominicum, id est ut ualde ut uis(?) V 453, 49. **eriles** domini⟨ci?⟩ V 194, 28. *V.* eruli.

Erilius inferius V 498, 59 (Erebus infernus? uilius? exilius *Buech.*).

Erimio hindbrere (= hindberie, *AS.*) V 357, 35. *V.* acinus.

Erimit apparat V 498, 60 (erigit?).

Erinaceus χοιρογρύλ⟨λ⟩ιος ἤτοι ἐχῖνος χερσαῖος II 477, 45. χοιρόγρυλ⟨λ⟩ος III 431, 44 (*add. David*). **irinaceus** κτεὶς κναφικός II 355, 60. *Cf. GR. L.* V 578, 7. **herenacis** aliud genus lepor⟨is⟩ V 300, 22 (*cf. Salmas. Plin. ex.* 391).

Erinys furia [egit excludit] IV 440, 37 (*Verg. Aen.* II 337). furia V 290, 45. phuria IV 512, 34. furia, ira magna IV 232, 48. furia[e] IV 410, 39. **Erunis** furiae †recuse V 453, 55. furiis V 498, 66. **Erinae** Ἐριννύες III 237, 31 (*fortasse novicia*).

Eripio ἀφαρπάζω II 252, 33. ῥύομαι II 428, 61. **eripit** ἁρπάζει II 64, 37. abripit, proripit IV 336, 48. **eripe** ῥῦσαι II 429, 4. **eripuit** abstulit IV 336, 49.

Eritio *v.* famulatio. **Eritium** *v.* era.

Eritudo δεσποτεία II 268, 48; III 447, 22; 480, 67. dominatio II 578, 47; *Plac.* V 21, 3 = V 65, 23. *Cf. Festus Pauli p.* 83, 1 *et praef.* V *p.* V.

Ermana *v.* aerumna.

Ermeos Bithyniensium lingua Nouember mensis dicitur V 194, 36. *V.* menses.

Ermius Tucorem (*id e.* Tuscorum) lingua Augustus mensis dicitur V 194, 37. *V.* menses.

Ero *v.* aero, culleus, eruum.

Erodion animal IV 514, 12; V 290, 33 auis maior qui(!) etiam aquilam prendit V 498, 63. **horodius** uualhhaebuc (*vel* uualhhebuc, *AS.*) V 365, 11. *Cf. AHD. GL.* I 496, 34. *V.* ardea.

Erogatio ἐξοδιασμός II 303, 46; 492, 68. ἐξοδιασμός, ἀνάλωμα II 494, 62. ἔξοδος τὸ ἀνάλωμα II 303, 50. ἀνάλωμα II 545, 30. dispensatio *b ante* II 578, 48. *V.* agape.

Erogator *v.* prorogator.

Erogitat exquirit V 498, 62.

Erogo ἐξοδιάζω II 303, 47. δαπανῶ **erolo** (erogo?) III 134, 35. **erogare** ἐξοδιάζειν II 62, 40. *V.* tripertit.

Erola tapspleus(?) III 578, 66.

Erotema (-eria *cod.*) graece interrogatio V 359, 27.

Erpica egdae (*AS.*) V 359, 47 (*v.* hirpices; *AHD. GL.* III 273, 28).

Erpicarius egderi (*AS.*) V 359, 48 (*cf. AHD. GL.* III 719, 58).

Errabundus errans V 640, 71 (*Non.* 103, 10). *Cf. Serv. in Ecl.* VI 58.

Errans πλανήτης II 408, 40. gens (uagans? egens?) V 290, 41. **errantem** feras uestigantem IV 440, 31 (*Verg. Aen.* VII 493). uagantem IV 65, 13. **errantes** pascentes IV 440, 35 (*Verg. Aen.* I 185).

Errantem lunam uices mutantem uel quod inter planetas sit, id est errantem (-tes?) IV 440, 32 (*Verg. Aen.* I 742).

Errata errores, ut illud: et sua errata emendent V 194, 11.

Erraticus ἀλήτης II 224, 66. πλάνος II 408, 41. **erratici** πλανῆται II 408, 39. **erraticae** erroneae V 194, 12. περὶ τῶν ζ ἀστέρων πλανητῶν de septem(!) stellis **erraticis** III 292, 46 + 47.

Erro πλανῶ II 408, 42. πλανῶμαι III 154, 46. πλάζομαι II 408, 32. **erras** πλανᾶσαι III 154, 47. **errat** πλανᾶται II 62, 41. **error** πλανῶμαι II 408, 43. ῥέμβομαι II 427, 44. *Cf. Hagen Grad. ad cr.* 13.

Erroneus ἀλήτης II 224, 66. πλάνος II 408, 41. **erronei** errantes IV 65, 17; V 628, 39. **erranei** errantes IV 508, 50; V 634, 8; 598, 64 (*cf. Arch.* III 132; *Fulg.* 141, 20 (*Helm*).

Erronicus πλάνος III 335, 49.

Error πλάνη II 408, 38; 489, 71; 510, 51; 536, 8; 538, 3; 550, 16; III

154, 48. dolus IV 440, 38 (*Verg. Aen.* II 48). obliuio IV 65, 9. uaticinatio IV 336, 52; V 598, 32 (hallucinatio *Arevalus*; uagatio *Oehler Nov. Ann. suppl.* XIII 241). *V.* uaticinatio. **errores** contionatores IV 337, 1 (*v.* contionator).

Ersipela minor *v.* aranea.

Ertatur (eruitur *H.*) trahitur *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*).

Erubesco ἐρυθριῶ II 314, 56. **erubescit** ἐρυθριᾷ II 62, 43. **erubui** ἠρυθρίασα III 143, 54. **erubuit** ᾐσχύνθη III 447, 23. ἠρυθρίασεν III 143, 55.

Eruca *et* **uruca** κάμπη λαχάνου II 338, 10. **eruca** κάμπη III 305, 34; 436, 27. εὔζωμον τὸ λάχανον II 317, 4 (eruga). εὔζωμον II 62, 44; 496, 55 (eruga); 522, 29; III 88, 61; 186, 1; 359, 67; 447, 24; 480, 63; 538, 40; 560, 59; 562, 32. εὔζωμος III 266, 3; 430, 50. εὔζωμα III 16, 38; 317, 38; 493, 30; 518, 39. eucimo III 545, 74 (eruga); 582, 25; 611, 46 (eruga); 632, 13 (erucam). ocimo III 632, 39. ozimo III 593, 43; 615, 28; 627, 30. eocimo III 590, 22. eccimo III 623, 58 (eruga). edino III 582, 37. **heruca** ἡ βρῶσις III 260, 7. **eruca** genus herbae uenerem incendens II 578, 41. quam uulgo dulam (*vel* doluam) uocant (= *Eucher. instr. p.* 158, 6: . . . doluam . . .) V 194, 40 (*Loewe Prodr.* 418). **eruga** cardamonio III 544, 22. **eruca** uermis uel musca minuta V 499, 2. **erucae** modici uermes qui mandunt folia, multos pedes habe⟨n⟩t V 423, 20 (*Gregor. dial.* I 9). qui comedent caulos *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*). **erucas** κάμπας II 62, 32. *V.* sinapis albus, uruca.

Eruca agrestis erisimon (*cf. Diosc. lat.:* erisimo ·i· eruca goracina) III 562, 49.

Eructatio ἐρυγή II 314, 52.

Eructo ἐξερεύγομαι II 303, 3. ἐρεύγομαι II 314, 8. **eructat** a corde mittit aut abintus foras mittit IV 515, 9. **eructuat** a corde emittit IV 337, 2; V 453, 51. effudit uel ex corde emittit V 194, 41. **eructant** ἐρεύγονται II 62, 45. **eructuabat**(?) a corde emittit V 568, 34. *V.* eiectat.

Eructuans euomens V 453, 50.

Erudala(?) **res** V 661, 54.

Eruderans purgans rudera IV 65, 19; V 194, 42; 498, 64; 634, 9. expurgans V 194, 43.

Eruderat purgat, ru⟨du⟩s tollit V 194, 44.

Erudio παιδεύω II 392, 10. **erudit** παιδεύει II 62, 47. **erudimus** παιδευόμεν, ἀσκοῦμεν II 62, 46. **erudire** docere IV 514, 49.

Erudis *v.* rudis.

Eruditio παιδεία II 62, 48; 392, 5; III 198, 56; 327, 18; 352, 15. παίδευσις II 392, 8; 536, 7. διδασκαλία III 25, 25. disciplina, doctrina IV 337, 3.

Eruditor παιδευτής II 392, 9; III 501, 60. *V.* eruditus.

Eruditorium *v.* paedagogium (*cf. Landgraf Arch.* IX 408).

Eruditus πεπαιδευμένος, εὐπαίδευτος II 62, 49. πεπαιδευμένος II 401, 26; III 250, 55; 332, 36. εὐπαίδευτος III 331, 55; 493, 61; 519, 43. παιδευτής II 392, 9 (eruditor?). doctus, litteratus IV 65, 23. doctus IV 233, 3; 337, 4. quasi aure sublatus V 359, 29.

Eruditus παιδεία II 392, 5. παίδευσις II 392, 8.

Eruduae Ἴσιδος II 62, 50 (*ubi* Erucinae *g*, *Salmasius*. Eroidos *d*).

Eruenda tollenda IV 65, 52.

Erugat planum facit IV 515, 26; V 290, 40; 598, 23. plumbum (planum?) facit V 290, 51. **erogat** planum facit IV 336, 50.

Eruli domini IV 64, 38; 337, 5; 514, 54; V 194, 45; 290, 49; 358, 63; 598, 21. dominici V 453, 48 (erili).

Eruli Turci (*v.* Etrusci, Turcus), Venetici V 498, 65. **Erulorum** Veneticorum V 499, 1.

Erum meum V 661, 53.

Erumpo ἀπορήσσω II 240, 16. ἐκρήσσω II 292, 32. **erumpit** emanat IV 337, 8. euasit V 290, 54. **erupit** ἐξέρρηξεν II 62, 52 (*Cic. in Cat.* II 11). **erumpere** publicare IV 65, 21 (*Ter. Eun.* 550: *cf. Donat.*).

Eruncare eradicare IV 337, 9; V 194, 46. radicitus eruere IV 515, 25; V 194, 47. radicitus euertere (*vel* eruere) IV 65, 12. eruere, ⟨e⟩radicare V 290, 39. **effuncare** radicitus eruere IV 60, 17; V 192, 19; 452, 63; 498, 1. **extruncare** eruere, eradicare IV 68, 32; V 455, 14. *V.* auenco, eradico.

Erunculo est lodera V 619, 13 (rudero *Schlutter*. errunculo loter *H.*).

Eruo ἐκζητῶ II 290, 12. ῥύομαι II 428, 61. **eruit** ἀνορύσσει II 62, 51. egerit IV 337, 6 (erugit eregit *Reichardt Fleckeiseni Annal.* 139, 92. erugit egerit *Hildebr.*). **eruunt** euellent(?) IV 65, 4; 514, 51 (euellunt *b*). **erue** ῥῦσαι II 429, 4. **eruet** euertet IV 65, 14. **eruerint** euerterint IV 440, 34 (*Verg. Aen.* II 5).

Eruptio ῥεῦμα III 157, 9.

Erus δεσπότης II 268, 46; 506, 59; III 447, 25; 480, 61. dominus IV 11, 40; 64, 39 (erulus *c*); 336, 51; 514, 53; V 290, 37; 541, 6. **herus** dominus IV 85, 33; 523, 55; V 108, 23. uir fortis

(*v.* heros) uel domnus IV 243, 7. **erus, ere, erum** dominus, domine, dominum V 290, 52. **erus** et **era** dominus, domina V 542, 16. **eri** domini IV 64, 40; V 194, 23; 533, 19 (*Ter. And.* 175). **heri** domini IV 243, 8. **eris** dominis V 194, 35. *V.* era, erum meum.

Erutus liberatus V 551, 51. *V.* dirutus *et Loewe Prodr.* 428.

Erutus cursor V 453, 56 (*contaminata*?).

Eruatio eneruatio, exinanitio IV 65, 18 (euiratio *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 121).

Eruum ὄροβος II 62, 54; 500, 16; 526, 11. **erbo** ὄροβος III 541, 23. **erbu** ὄροβος III 193, 45. **aerum** ὄροβος III 357, 11. **aeuum** εἶδος σίτου II 12, 34 (eruum *d*). **ero** ὄροβος III 611, 57; 623, 71; 590, 35 (orodo). *Cf.* ὄροβος orobium **ero** (*ubi* eruum *David*) III 430, 5. **heruo** hiaerubo (ὄροβος *Schmidt*) III 546, 67. **erbi** ὄροβος III 570, 45. **heruum, heruus** ὄροβος II 387, 15. **eruum, eruus** ὄροβος III 267, 2. **eruum** est quae uocatur trifolium V 619, 9. **erbum** genus leguminis tauros pascens II 578, 42. genus leguminis V 194, 13. de quo tauri inpinguantur V 194, 14. **heruum** holus V 365, 10. *Cf. Festus Pauli p.* 82, 21. *V.* semen erui, uicia siluatica, uicia domestica.

Erycis finis Siciliae IV 440, 33 (*Verg. Aen.* I 570: *cf. Serv.*).

Erysibe aerugo et rubigo V 498, 61. aerugo et rubigo messium IV 232, 51 (*Eucher. instr. p.* 148, 15).

Erysipila putredo uel sanies V 568, 33 (*v.* derbitas). *Cf. Isid.* IV 8, 4. *V.* ignis sacer. ersipela minor *v.* aranea.

Esa *v.* era.

Esca βρῶμα II 260, 35; 496, 67; III 182, 62; 254, 33; 313, 68; 468, 64; 511, 29. βρῶσις ἡ τροφή II 260, 36. βρῶσις III 129, 57; 337, 16; 447, 26. τροφή II 460, 15. δέλεαρ, τροφή II 62, 55. δέλεαρ II 267, 48; 515, 7 (escar); III 256, 41. δέλος III 134, 34; 187, 8 (sca); 313, 69; 337, 68; 447, 27. ἔδεσμα II 284, 39; III 313, 67. *Cf.* **de escis** περὶ βρωμάτων III 14, 18. περὶ ἐδεσμάτων III 313, 66.

Esca frigida *v.* batrachion.

Escaria σκεύη ἐν οἷς ἐσθίομεν III 324, 71 (ἐν οἷς ἐσθίομεν εν caria *cod. corr. Hagen progr. Bern.* 1877 *p.* 13). τρώξιμα III 359, 71. **scaria** τρώξιμα III 88, 60; 185, 63. dicuntur uasa minora in quibus esca datur, quae dicuntur graece σκεύη εὐτελῆ V 656, 22 (*Iuvenal.* XII 46). μετὰ τρωξίμων cum **scarias** III 219, 6 = 653, 11 (cum escariis III 234, 3). *Cf. Krumbacher Comment. in hon. Christii p.* 362. **iscaria** seris II 563, 20: *cf Buecheler Fleckeiseni Annal.* CXI *p.* 311. *V.* esculentus.

Escari⟨i⟩ asfaragi κήπεια, ἕλεια (αιλια *cod. corr. David: cf. Comm. Ien.* V 233) III 430, 19.

Escariolae τρώξιμα III 16, 37. *V.* intubus.

Escendit συμβαίνει II 62, 56 (*ubi* ἀναβαίνει *Vulc.*). *V.* emergit.

Escit erit V 499, 5; 568, 35. *Huc recte refert Loewe* (*GL. N.* 110) **escit** erit *Plac.* V 21, 21 = V 65, 24 (*ubi* extiterit *Deuerling: cf. Loewe GL. N.* 84). *Cf. Festus Pauli p.* 77, 13.

Esculentia pinguedo *Scal.* V 599, 10 (*Osb.* 192).

Esculentus escae nimium inportunus IV 65, 44; 70, 10 (excul.); 515, 17 (escis). **escit lentus** est est uerum (*h. e.* esculentus escae nimium ⟨inportunus⟩) IV 410, 40 + 41. **escit lentus** *Scal.* V 598, 47. **extulentus** escae satis inportunus V 197, 12. **esculentum** et ⟨e⟩**scarium** ab esca V 641, 30 (*Non.* 108, 19).

Esitat comedit IV 233, 10 (frequenter *add. d*). **essetabant** comedebant V 290, 60. *V.* haesito (*et Landgraf Arch.* IX *p.* 375).

Esmauldum *v.* pilopus.

Espio uideo procul, speculor V 499, 4 (*cf. Diez* I spiare). *V.* spio.

Espuo sputo V 194, 51. **espes** sputas V 194, 50 (espuis?).

Esquiliae (aesciliae *cod.*) mons in urbe Roma V 262, 54. *Cf.* **ascilium** mons in urbe Roma V 338, 35.

Esquilinus mons in urbe Roma V 195, 1.

Essebon cogitatio merosus (maeroris?) V 359, 41 (*cf. Roensch Mus. Rhen.* XXXI 459; *Onom. s.* 54, 8).

Essedarius mulio uehiculi IV 233, 12; V 499, 6.

Essedum uehiculum IV 65, 33; 233, 8; 337, 11; V 194, 49; 290, 59. **esseda** basterna IV 65, 43; 69, 6 (exeda); V 194, 48; 454, 1. **eda** basterna IV 509, 14; V 598, 6. *V.* emedium.

Essentia ὕπαρξις II 536, 9. οὐσία III 278, 65. dicta ab eo quod 'est' aliquid, ut si dicas 'substantia'. et est generis feminini *Plac.* V 19, 15 = V 65, 25 (*cf. Quintil.* II 14, 2; III 6, 23; VIII 3, 13: *ubi* Plautus *non est comicus*). natura uel substantia IV 65, 42. extantia, natura, substantia IV 337, 14. substantia IV 509, 53; V 410, 46 (*cf. can. fid. Nic.*). subsistentia, id est uniuscuiusque persona IV 233, 14. ab esse dicta V 547, 40. *Cf. Loewe GL. N.* 103.

Essetabant *v.* esitat.
Este *et* **esto** *v.* sum.
Estidra *v.* excetra.
Estira (?) inops uel egena IV 512, 35; V 290, 57 (aestifera *coll. Lucano* I 205 *Schoell.* extera *coll.* I *Maccab.* I 40 *Buech.*).
Est iter i[n]ter ca⟨r⟩pitur V 195, 3 (*Verg. Aen.* VI 271).
Est operae pretium est occasio IV 410, 42 (*Ter. Andr* 217? *Iuv.* VI 474?).
Esui datum manducationi datum V 164, 24.
Esum comestum, manducatum V 164, 25.
Esurigo famis V 641, 14 (*Non.* 106, 11).
Esurio πεινῶ ἐπὶ τοῦ πεινῶντος II 400, 36; 408, 5 (πινῶ). πεινῶ (*vel* πινῶ) II 63, 1; III 112, 6 = 641, 15; 155, 32; 339, 67; 447, 28. **esuris** πεινᾷς III 155, 32. **esurit** πεινᾷ III 155, 33. ʹmenon id est **esurias** (= πεινῶν id est **esuriens**?) III 569, 5 (*inter gl. botanicas.* μαίνων furiens?). **esuriunt** famelicant, ieiunant V 164, 30. **esuriuit** famelicauit V 146, 29.
Esuritio fames, id est edendi cupiditas V 164, 28.
Esus manducatio V 164, 26; 634, 11. **aesus** quod est cibus, per a et e scribendum V 164, 27. comestio, manducatio V 164, 22. **esui** manducationi IV 65, 39; 515, 21; V 164, 23; 634, 12. **aesum** cibum V 625, 35. **esu** manducatione IV 65, 37; V 164, 21. manducatione, comestione IV 515, 20. esca IV 233, 11. *V.* edulium.
Et καί II 63, 3; 335, 50; III 342, 20; 406, 1.
Et cuncti *v.* cunctus.
Et ego καὶ ἐγώ III 342, 22.
Et ego te κἀγὼ σέ III 524, 13.
Etenim καὶ γάρ II 335, 52; III 342, 25; 447, 29.
Etenim dignum καὶ γὰρ ἄξιον III 151, 18.
Et[h]esiae uenti in certo tempore IV 233, 13. flabra [ab] aquilonis sunt V 195, 4. *Cf. Isid.* XIII 11, 15; *Tac. hist.* II 98 (*W. Heraeus Herm.* XXI 436).
Ethan inportunus (fortitudo *a*) IV 65, 45. *Cf. Onom. sacr.* 41, 28; *Isid.* VII 8, 29.
Etheppia *v.* Oedipodia.
Ethica ars moralis IV 12, 28; 35; *acd post* IV 65, 49; 511, 46. moralis V 342, 40; 344, 22 (*cod. Epin.*); 359, 12; 436, 24. proprietas V 358, 5; 598, 48. moralis et proprietas IV 233, 16. **ethicon** proprietas IV 410, 45. proprium IV 233, 17; 410, 46; V 598, 49. *V.* atheus.
Ethinones delectabiles V 454, 3; 499, 7 (*eduli genus latere vid.* ἡδύνοντες *Buech.*).
Ethnicus gentilis, quod est paganus V 195, 6. **ethinicus** (*vel* ethnicus) gentilis (= *Eucher. instr. p.* 160, 10) IV 233, 19. **ethicus** gentilis IV 511, 47. **ethnici** idolorum cultores *a* IV 66, 9; V 195, 5. **enici** idolorum cultores V 193, 29. **ennici** idolorum cultores IV 63, 15. idolorum serui[tus] V 453, 32. **ennica** (ethnica *a*) adultera IV 63, 5 (*vix* idolatris: *nam* adultera *ferri potest, si velut Tertull.* '*de pudic.*' *conferemus: cf. Loewe GL. N.* 153. εὐνικὴ *Schuchardt Voc.* II 325); 336, 7; V 453, 31. **enica** adultera IV 440, 22; 511, 37; V 193, 28; 290, 1; 358, 17; 598, 40. adultera, moecha V 598, 12. *Cf. Isid.* VIII 10, 3.
Ethos sinus, gremium V 499, 8.
Etiam ἤδη καὶ ἤδη (et iam) II 62, 1; καὶ δή II 63, 4. καί II 335, 50; III 406, 1. ναί *post* II 59, 10; II 374, 53; III 447, 30; 342, 41 (νω). quamquam, etsi, licet IV 337, 19 (etiamsi?). magis V 533, 35 (*Ter. Andr.* 655). potius V 533, 47 (*Ter. Ad.* 532). *V.* atque etiam, insuper etiam, quin etiam.
Etiam atque etiam ἔτι καὶ ἔτι II 315, 64. ἔτι μᾶλλον II 315, 65. ἔτι πλέον II 316, 2. πάλιν καὶ πάλιν II 392, 55. iterum etiam IV 66, 11 (*interpr. in solo a*).
Etiam hoc amplius V 533, 28 (*Ter. Andr.* 300? hoc etiam. *cf. Ad.* 190).
Etiamne ἔτι τε II 316, 3.
Etiamnunc ἔτι νῦν II 316, 1. **etiamnum** καὶ ἄρα II 335, 51. καὶ δὴ ἄρα II 335, 54.
Etiamsi καὶ εἰ II 335, 56. εἰ καί II 63, 5.
Etiamtum ἔτι τότε II 316, 4. καὶ τότε II 336, 26. καὶ τότε ἔτι II 336, 27. καὶ τὸ τηνικαῦτα II 336, 28. **etiamdum** adhuc V 533, 58 (*Ter. Eun.* 570: etiam tum *codd. Ter.*).
Et ille καὶ ἐκεῖνος III 342, 23.
Et ipse καὶ αὐτός III 342, 24. **esipse** (*cf.* iosipse) ego ipse V 454, 2.
Etollo ἐξεπαίρω II 302, 61.
Et per hostiam lustratum per sacrificium purgatum *Plac.* V 20, 21 = V 65, 28. *Cf. Non. p.* 335, 16.
Et pertinentibus καὶ μελ[λ]όντων III 474, 14.
Et pro fratre potior dicimus et propter fratrem, sed si uolens, 'pro fratre', si inuitus, 'propter fratrem' *Plac.* V 18, 11 = V 65, 29 (patior *Deuerling cum libri gloss. aliquot exemplaribus, bene*).
Et quidem καὶ μέν II 335, 62.
Et quidquid καὶ εἴ τι δἄν II 335, 57. καὶ εἴ τι δήποτε II 335, 58.
Etruria Tuscia IV 233, 18. regio Etruscorum V 454, 4 (Etruna r. grus colum *cod.*). *Cf. Serv. Dan. in Aen.* X 164.

Etrusca Τυρρηνή II 63, 7. **Etrusci** (*vel* Erusci) Tusci IV 65, 24; 233, 15; V 453, 53; 454, 6; 498, 65. Eruli seu Tusci V 453, 57 (*cf.* V 498, 65). Eruli seu caterua V 568, 17. *V.* Eruli.

Etruscum aurum insigne libertatis, quod diuites in auro habebant, pauperes in loro. bullam dicit, quam Etruscis oriundus Tarquinius inuenit V 656, 23 (*Iuvenal.* V 164).

Etsi καὶ εἰ II 335, 56. licet quae (*vel* quaeue, *ex* IV 383, 38?) uel quamquam IV 337, 20.

E⟨t te⟩ populariter (epopulariter *G.* expopularint *R.* expopulariter *b in marg.*) **iactas** et te apud populum uel more populi (populum uulga os *R.* populum more *vel* populum *G.* populi in uulgus *Buech.*) iactas *Plac.* V 20, 18 = V 65, 8. *Ad. Plauti Rud.* 927 *refert Buech.* (ut liberes expopulariter te *scribens*).

Et tu καὶ σύ III 342, 21.

Et ualde cupio *v.* cupio ualde.

Et ueni mecum καὶ ἐλθὲ μετ' ἐμοῦ III 524, 16.

Etymologia ἐτυμολογία II 316, 11. paratum uerbum IV 233, 20. proprietas V 358, 29. origo uocabulorum uel proprietas *gloss. Werth. Gallée* 340.

Eu uox respondentis IV 63, 48; V 195, 22; 542, 19. laudantis est uox IV 233, 37. interiectio laudantis IV 337, 21. ⟨**h**⟩**eu** interiectio dolentis est, **eu** uox respondentis, ⟨**h**⟩**eus** uero uox clamantis (*cf. a* IV 63, 47) est V 195, 7 + 8. ⟨**h**⟩**eu** interiectio dolentis, ⟨**h**⟩**eus** uox clamantis V 195, 20 + 21. *V. Isid. Diff.* 197. *Cf.* heu, euphonia.

Euantes furientes, bacchantes V 499, 10. bacchantes a Libero qui **Euan** dictus est V 551, 56. **euantes** fugentes (*h. e.* furentes) IV 233, 44 (*Verg. Aen.* VI 517).

Euax εὖγε II 316, 25.

Eubo (? exudo *Oehler.* euaporo *Semlerus.* sebo *Buech.*) oleo IV 514, 50; *Scal.* V 598, 19.

Euboicorum graece genus maiorum talentorum V 358, 2. *Cf. Festus Pauli p.* 78, 14; *Oros.* IV 11, 2.

Eucharistia bona gratia, quia charis graece gratia est II *praef.* XIV. gratia (= *Eucher. instr. p.* 160, 17) *c* IV 65, 49; IV 233, 51. **eucharistias** gratiarum actiones V 358, 30.

Euchochous orationem fundens IV 337, 42.

Eudoxia claritas IV 410, 47; V 358, 3. **eudoxa** bona gloria, quia doxa gloria est II *praef. p.* XIV.

Eudulia bonum seruitium V 358, 55.

Euge εὖγε II 316, 25. aduerbium laudantis uel hortantis *Plac.* V 18, 14 = V 66, 3. laudatio IV 440, 42. laudatio seu beate *a post* IV 63, 48. laudatio siue salutatio IV 66, 27. laudatio siue saluatio(!) V 542, 13. bene IV 515, 31; V 291, 12; 542, 12. gaude V 357, 15. uox laetitiae uel ualde V 542, 17. laetus. alibi ua, sed hoc duas partes Donatus (*cf. GR. L.* IV 146, 29) siue in bona siue in mala IV 66, 23 (duobus partibus *a*); V 454, 9 (duabus partibus). sermo blandientis est uel uox congratulantis seu collaudantis id est bene gaude V 568, 36. *V.* euphonia.

Eugenia nobilitas V 358, 56; IV 233, 23 (*ubi* humelitas *praeter c*).

Eugenis nobilis IV 233, 21; V 291, 19 (*v.* euidet). **eugenes** nobiles V 358, 4.

Eugium media pars ⟨inter naturalia muliebria⟩ V 641, 24 (*Non.* 107, 26).

Eulogias salutationes V 413, 18 (*reg. Bened.* 54, 4). benedictiones [**exarchus** patric⟨ius⟩] *gloss. Werth. Gallée* 340 (*v. suppl.*). *V.* euphonia.

Eulogium ⟨duorum locutio⟩ II 578, 49 (*suppl. b, male*). *V.* elogium.

Eu[li]logus uersiculus V 499, 17. **eu[li]logi** uersiculi IV 233, 35. **eulogi** uersiculi IV 515, 30; V 291, 11. *Nescio quomodo* elogium *subest.*

Eulum uinum V 291, 25 (Euhium?).

Eumenides Εὐμενίδες III 237, 29. Furiae IV 440, 44. **Eumenidum** Furiarum IV 62, 40; 66, 15; 231, 50; 233, 50. *Cf.* **Eumenidus** furiosus, iratus V 499, 16 (**Eumenidum** Furiarum, Irarum?).

E⟨u⟩morphius pp (= proprium) V 423, 39 (*Gregor. dial.* IV 35).

E⟨u⟩morphos graece pulcher *gloss. Werth. Gallée* 339 (*v. suppl.*).

Eum⟨p⟩se eum ipse uel eum ipsum V 454, 11. eum V 634, 13. **eamsi** eum ipse(?) V 452, 33. **eapse** ea ipse V 568, 1. **emsoe** (eopse? *v.* et ipse) eo ipse V 193, 18.

Eundi παριέναι II 63, 28.

Euntis ire uolentis IV 66, 5. **euntes** ire uolentes IV 440, 46 (*Verg. Aen.* II 111).

Eunuchizati qui ab hominibus eunuchi facti sunt V 195, 14 (*Roensch It.* 249).

Eunuchus Herculaneus IV 440, 45. **eunuchus** et **spado** unum est V 300, 21. *V.* herculaneus.

Eunum (= εὐνοῶν) beneuolus V 416, 63 (*Hieron. in Matth.* 5, 25).

Euochias delicias IV 233, 36.

Euoe ἐπίφθεγμα εἰς Διόνυσον II 312, 43.

Eupatorium *v.* argemonia, marrubium.

Euphonia uocis sonus suauis *Plac.* V 19, 2 = V 66, 2. sonoritas, bonus sonus; eu quippe in compositione nominum siue uerborum bonum sonat, ut euge, bene,

eulogia, benedictio II *praef. p.* XIV. consuetudo (*cf. GR. L.* IV 379, 2) V 359, 24.

Euphonus uenustas locutionis *gloss. Werth. Gallée* 340 (*v. suppl.*).

Euphranoras bonus pictor uel bene fingens; eu enim in compositione graeca bonum siue bene, franoron componere est II *praef. p.* XIII. *Cf. Iuv.* III 217.

Euripides non patronymicum, sed a loco V 453, 18 (*cf. GR. L.* II 63, 3).

Euripus εὔριπος III 173, 52; 246, 1. piscina longa IV 65, 54; 233, 48.

Euronotus εὐρόνοτος III 84, 53. **euronotum** austrum V 291, 26.

Medulla uituli melamuscio (μυελὸς μόσχειος) III 568, 34. *Cf.* milosmacia id est **medulla** III 568, 47.

Medullitus μυελόθεν II 373, 44. ἡδονικώτατος II 128, 32 (mellitus *H.*). a medullis V 644, 25 (*Non.* 139, 9). *Cf. Festus Pauli p.* 123, 19.

Medullitus capti usque ad penetralia medulla detenti *Plac.* V 32, 13 = V 83, 22 (medullis) = V 116, 40.

Megaera Μέγαιρα III 237, 41.

Megale hearma (*AS.*) V 372, 37. mygale *Sievers 'Engl. St.'* 8, 155. *V.* netila, meogallus.

Megalensia ludi scenici[s] V 572, 47 (*Liv.* XXXIV 54, 3).

Megara oppidum Siciliae IV 452, 29 (*cf. Serv. in Ecl.* I 54); V 572, 48.

Mehercule adiurantis V 572, 44. **mehercul**i mi fortis V 418, 29 (*Euseb. eccl. hist.* IV 9: mehercule) = 426, 71.

Mei μοῦ II 372, 38.

Meio οὐρῶ II 390, 20. mincxi a mingente dictum *cod. Epin.* V 372, 26. **meiit** οὐρεῖ II 128, 33.

Meiolus *v.* uitellum.

Me ipsum ἐμαυτόν II 295, 44.

Me ⟨i⟩ta (*pro* ita me?) **Castor** ita mihi propitius sit Castor IV 258, 10. mihi propitius sit Castor V 507, 25. *Cf. Festus Pauli p.* 123, 4 (*nisi* mecastor *subest*).

Mel μέλι (pluraliter non declinabitur, sed Virgilius mella dixit) II 367, 1. μέλι II *p.* XXXVII; II 128, 34; 508, 6; III 15, 6; 87, 54; 314, 60; 357, 66; 364, 16; 398, 18; 499, 78 (*cf.* III 288, 14 = 658, 18). nectar IV 364, 36. cum **melle** μετὰ μέλιτος III 288, 24 = 658, 18. **mella** μελίττια II 367, 2 (*GR. L.* I 550, 30). sinononis (?) III 577, 33. *V.* oenomelle, fauus mellus.

Melancheno (-βροχον?) adramentario III 569, 23 (*v.* atramentarium).

Melancholia humor fellis V 371, 15; (*de libro rot.*) V 415, 62; 425, 22 (*cf. W. Heraeus 'Spr. des Petr.'* 45). **melancoliam** frigus et siccus humor uel nigri fellis augmenta, ut ipocratis (Hippocrates?) V 310, 22. *V.* bilis, melas.

Melancholicus inundatio nig⟨ri⟩dinum (nigri *a*) fellis III 603, 1.

Melanchrus fuscus graece V 116, 19.

Melangrio id est malum terrae rotunda(!) siue coxa (codia?) siue papaueris flores [demozrato tus masculo nudo] III 584, 55 (*haec valde turbata: contaminata?*).

Melanteria id est sugia (*cf. W. Meyer-Luebke 'Idg. Anzeiger'* IV *p.* 61; *Stokes 'Sprachsch.' p.* 298) de furno uitrario III 584, 42 (malanterius); 548, 3 (malanterida); 614, 24 (malenteria *et* ueterino); 626, 14 (malateria *et* ueterario); 592, 38 (ueteraneo). **malonterida** sugia III 547, 64. *V.* atramentum.

Melanthium id est nigella siue sictin (git?) III 541, 5. **melantio** nig⟨ella⟩ III 547, 52. *V.* git.

Melanus (*ex* μῆλον?) id est pomum siue malum III 584, 32.

Melapium *v.* hedera arborea.

Melarium milsc apuldur (*AS.*) V 372, 5. **melaria** μηλέα III 428, 19. *V.* malus.

Melas niger graece, melancholis (melancholicus?) ergo nigri coloris V 116, 21.
Mel calefactum ad omnia medicamenta bonum est III 585, 3.
Meculo (mercule *cod.*) melle albo V 653, 8. *Cf. Plaut. Curc.* 11.
Mel cum aqua apomellis (= ἀπόμελι) III 552, 59.
Mel cum lacte ὀξύγαλα III 571, 43.
Meleagrides gallinae rusticae V 652, 52 (*cf. Iuvenal.* XI 142).
Meles (melis *cod.*) ὕστριξ III 320, 11. **melus** αρχομυς (ἀρκόμυς *David. cf. Haupt Op.* III 301) III 431, 45. *V.* melos, milo.
Meleto (μελετῶ) medito graece V 116, 20. **melito** graece meditor V 372, 16. *Cf. GR. L.* II 567, 14.
Meliboea ciuitas Thessaliae V 554, 33 (*cf. Serv. in Aen.* III 401; V 251).
Melica *v.* medica.
Me liceat pro mihi liceat et concedatur V 221, 41. **me lice[b]at** mihi lice[b]at. Virgilius (*Aen.* V 350): me lice[b]at casum miserere insontis amici V 116, 18; 221, 42.
Melicus poeta carminum quae scribuntur ad lyram IV 115, 43; 537, 17; V 222, 1; 465, 19. poeta carminum lyricorum IV 258, 7.
Melilotum μελίλωτον III 192, 34; 195, 4; 266, 46. *V.* sertula Campana.
Melimela id est nixa (= μύξα) III 540, 66. nix III 568, 57. *Cf. Is.* XVII 117, 10.
Mel in folio ulmi ladanus (λάδανον) cum muscas collectio uel resina de hederae facta III 591, 70/71. ladanus id est **mel in f. u.** cum muscas collecto(!), rasina (= res.) de ederae facta III 625, 41. legaunus (= ladanus?) id est **mel in f. u.** collecto uel resina de ederae facta cum muscas III 613, 30.
Melinus color nigrus (!) V 371, 11. *Cf. Isid.* XIX 17, 21.
Melior *v.* bonus.
Meliorata *v.* emponemata.
Meliora tibi sponde V 662, 61 (*GR. L.* VII 426, 12, *ubi* spondeo).
Melioratio ἐπιβελτίωσις II 307, 11.
Melitoma μελίτωματα III 372, 25. **melitomata** μελίτωμα III 15, 38.
Meliuscula feminini generis diminutiue uel aduerbium est pro diminutiuo, scilicet (sciscii *cod.*) bene uel male V 310, 30 (*cf. Ter. Hec.* 354). **meliusculum** modicum meliorem IV 257, 44.
Meliusculat breuiat melius(?) IV 364, 35 (munuscula breuia munera *H.* meliuscule adbreuiat melius *Buech.*).
Mellarius μελιτοπώλης III 308, 50; 530, 3.
Mellina *v.* malignus.

Mellitus μελίτινος II 128, 35. **mellita** μελιτώματα III 88, 1; 185, 2; 256, 5. *V.* medullitus, melitoma.
Mel marinum ἀφύδιν III 17, 16; 187, 14; 318, 8. ἀφύη III 318, 6; 356, 10 (ἀφύαι). ἀφύη[ς], φῦκος II 128, 36. *V.* afye et **mel marinum** abua (apua?) III 89, 11. *V.* apua, lac marinum, marinum.
Melo Nilus V 465, 17; 629, 59. *Cf. Serv. in Aen.* IV 246; *Georg.* IV 291; *Festus Pauli p.* 124, 12; *Loewe Prodr.* 100.
Melo πέπων III 186, 13; 265, 40. **melones** πέπονες III 430, 32; 626, 51. **melonis** id est pepenus III 592, 74. **meleonis** id est peponis [morsicpo id est] III 614, 47 (*v.* 46, saccellus).
Melodia modulatio (*cf. Isid. Eccl. off.* II 12, 2) V 415, 26; 425, 3. dulcedo uocis IV 537, 14.
Melodium suinsung (*AS.*) V 372, 15. mulcedo (!) carminum (conuiuium *cod.*) V 310, 20.
Melopepo μηλοπέπων III 317, 50; 530, 34.
Melopoeus (*vel* -os) quasi carminis factor IV 115, 41; 257, 46; 364, 37; 537, 16; V 310, 29; 373, 31. carminis factor V 371, 16. **Melopeum** dulcem compositum (?) IV 258, 15; 364, 38; V 372, 45 (dulce, *recte*?).
Melops bonus cantor IV 258, 12; V 572, 52. dulcis sonus V 372, 44 (melopoeus? *cf.* melos).
Melos dulcis sonus (*cf. Pers. prol.* 14) IV 257, 41; V 116, 22. dulcis sonus uel cantio carminis IV 364, 39. dulcis cantilena IV 415, 40. cantio carminis V 310, 28. cantio carminum IV 115, 40; 537, 15.
Melos (*h. e.* meles) est bestia quae uocatur tasio (*Diez* I tasso): hinc melotes pelles dicuntur V 621, 31. *V.* meles, melotis.
Melotis qui et pera, pellis caprina pendens a collo, praecincta ad lumbos: est enim proprie habitus necessarius ad exercitium operis: fiebat prius, ut quidam existimant, de pelliculis melonum, unde et melotis dicitur *a post* IV 115, 12 (*cf. Isid.* XIX 24, 19). in regum libro pellix(!) simplex quam monachi Aegyptii etiam nunc utuntur, ex uno latere dependens *Plac.* V 83, 24 (= *Eucher. instr. p.* 157, 1). **merotis** (mel. *cod. Epin.*) pellis simplex ex uno latere dependens V 371, 7. **melotes** pellis ouina simplex, qua monachi utuntur, ex uno latere dependens IV 257, 43. pelles (*h. e.* pellis) ouium IV 115, 39; 537, 13. pelles sordidas IV 364, 40. pelles sordidae V 310, 25. **melotam** lanutam (= lanatam) V 222, 2. *V.* ependyten, melos 2.

Melpomene (melboren *vel* melfoben *codd.*) Musa V 373, 36.

Mel suaue thyminum III 523, 13 (*cf. Pelagon.* 437 *p.* 118 *Ihm*).

Memasterion (= *Μαιμακτηριών*) tenerum (Athenaeorum?) lingua Aprilis mensis dicitur V 222, 3. *V.* menses.

Membra humana *μέλη ἀνθρώπινα* III 350, 13.

Membrana *διφθέρα* III 273, 12. *σωμάτιον* II 450, 34. *διφθέρα, σωμάτια* II 128, 40. **membranum** *ὑμήν* II 128, 39 (*cf. margo*); 462, 57 (membranum *et* membranium); 500, 51; III 12, 9; 85, 31; 174, 54; 247, 5; 310, 16; 349, 19; 350, 22; 394, 24; 411, 56. *διφθέρα τὸ βιβλίον* II 279, 16 (*cf. Serv. in Aen.* XI 554). *διφθέρα* III 194, 17. *σωμάτιον* III 380, 42. **membranae** *διφθέραι* III 24, 31; 327, 50; 514, 45. *σωμάτια* III 375, 65. *διφθέρας* III 136, 14. **membranas** *διφθέρας* III 109, 17 = 639, 3. *V.* memphis.

Membrana cerebri *υνιν* (*ubi ὑμήν Vulc. cf. Suid.*) III 351, 37.

Membranarius *διφθεροποιός* III 371, 28. *διφθεράρις* III 25, 38.

Membraneorum *τυμπανιστῶν* II 128, 41 (*ubi τυμπανισμῶν d*).

Membranium, -anum *v.* membrana.

Membratim *κατὰ μέλος* II 342, 18. sequestrata membra uel singulatim (sigilatim *cod.*) V 116, 23. sequestrato corpore, id est singulatim V 222, 4.

Membrum *μέλος τὸ σῶμα* II 367, 22. *μέλος* III 174, 18; 246, 46. artus IV 364, 42. **membra** *μέλη τὰ τοῦ ἀνθρώπου* II 366, 61. *μέλη* II 128, 38; III 11, 45; 25, 29; 85, 11; 174, 19; 349, 9; 394, 14; 569, 4. *V.* paruum membrum domus.

Memet *ἐμαυτόν* II 295, 44. *ἐμέ* II 296, 4. me ipsum IV 115, 16 (*Verg. Aen.* IV 606: *cf. Serv.*); 22; 364, 41; 537, 48; V 116, 24. memet ipsum V 310, 21.

Memet ipsum *ἐμαυτόν* II 295, 44. et me ipsum V 116, 26.

Memini *μέμνημαι* II 367, 35; III 77, 30. recordo uel retineo IV 116, 45. **meminit** *μέμνηται* II 128, 44. **memento** in mente habe IV 116, 26 (*Verg. Aen.* II 549); 537, 18; V 116, 25. **mementote** in mente habete IV 115, 14.

Memnon rex Indorum IV 452, 30 (*Verg. Aen.* I 489). **Memnonis** Tithonis(!) et Europae filius V 116, 27 (*cf. Serv. in Aen.* I 489, *ubi mater* Aurora).

Memo moenus *v.* maenomenus.

Memor *μνήμων* II 372, 25; III 332, 28; 530, 62. *μεμνημένος* II 367, 34. sciens IV 415, 41. eo quod maneat in mente IV 115, 20. **memorem** memoriosam IV 452, 33 (*Verg. Aen.* I 4: *cf. Serv.*).

Memorabilis *ἀείμνηστος* II 219, 12. *ἀξιάγαστος* II 231, 41. *ἀοίδιμος* II 232, 15. *μνημονικός* II 372, 22. *ἀξιομνημόνευτος* II 231, 49. **memorabile** *μνημόσυνον* II 372, 23. **memorabilem** (-e *a e*) *ἀξιάγαστον* II 231, 42.

Memoralius *ὑπομνηματογράφος* II 467, 8 (memorialis).

Memorans in mente habens IV 537, 21 (*Verg. Aen.* II 650).

Memoratus memorabilis IV 452, 32 (*Verg. Aen.* V 392; VII 564).

Memoria *μνήμη* II 372, 19; III 8, 74; 25, 17; 77, 31; 176, 72; 455, 79. pro uetustate V 644, 47 (*Non.* 142, 23). *μνήμη καὶ μνεία* III 279, 36 (*unde*?).

Memoriali *μνημονικῷ* III 437, 68.

Memoriosus *μνήμων* II 128, 43; III 178, 28; 250, 63; 374, 2. *μνημονικός* II 372, 22. *μνημο⟨νι⟩κός* III 332, 29; 530, 63 (*ubi μνημοῦχος Boucherie*). qui memoriam retinet V 465, 20. *V.* memor.

Memoro *μνημονεύω* II 372, 21. *λέγω* II 359, 7. *ἀπαγγέλλω ἐπὶ μαθημάτων* II 232, 26. **memorat** dicit IV 115, 42; 537, 20. **memorem** (-o *a e*) *εἴπω* II 286, 20. **memora** *εἰπέ* II 128, 42; 286, 17. *φράσον* II 473, 5. *μνήσθητι* II 372, 26 (memorare). *ὑπόμνησον* II 467, 11. indica V 310, 23. dic aut indica uel refer IV 537, 19. expone, indica IV 452, 31 (*Verg. Aen.* I 8). **memorare** dicere uel perhibere IV 115, 17. **memorauimus** retulimus, indicauimus IV 416, 1. *Cf.* **memora** dicam, indicam uel referam aut exponit (*vel* exponam) IV 115, 45.

Memor sum *μέμνημαι* II 367, 35. **memor esto** *μνήσθητι* II 372, 26.

Memphis ciuitas Aegypti V 572, 55 (*schol. Luc.* IV 136).

Memphis(?) turbo rubus (turboribus? *cf.* emphis) V 465, 21; IV 116, 41. **mempanis** torporibus *Scal.* V 604, 49 (*ubi* membranis tergoribus *Vulc.*, *μεμβράς* turbo, rhombus *Buech. dubitanter*).

Mena Iouis filia, quam pagani dixerunt deam esse quae menstruis fluoribus femini⟨ni⟩s praeest V 222, 5. *Cf. Augustin. de c. d.* IV 11. *V.* Mene.

Menceps mente captus V 572, 59 (*GR. L.* II 26, 13). *Cf.* menticeps.

Mencla *v.* mentula.

Menda deceptio uel fraus IV 116, 4; 537, 23. **menda** uel **mendum** mendacium in scriptura V 621, 27. *Cf. Roensch 'Beitr.'* I 45; *Landgraf Arch.* IX 395; *GR. L.* VII 305, 5. *V.* manda.

Mendaciis ad arbitrium suum compositis V 662, 70.

Mendaciloquium *ψευδολογία* II 480, 22.

Mendacio conposito geregnodae (*AS.*) V 370, 51 (*cf. Oros.* III 16, 12).

Mendacium ψεῦδος II 480, 26; III 456, 2. ψεῦσμα III 411, 47. infitias, mendum IV 364, 43 (*v.* menda). **mendacia** (*sing.*) ψεῦδος II 480, 26; 497, 19. **mendacia** ψεύσματα III 411, 48.

Mendax ψεύστης II 128, 46; 480, 28; III 7, 31; 164, 33; 250, 53; 336, 25; 340, 24; 374, 3; 411, 46; 456, 1; 470, 76; 503, 1. ψευδὴς ἀρρενικῶς II 480, 19. pseutis III 178, 18 (pseustis = ψεύστης *a*). pseute III 81, 21. ψευδολόγος II 480, 23. falsiloquax, infidus IV 364, 44. **mendacem** infitiatorem V 222, 6 (*Verg. Aen.* II 80?).

Mendes nomen urbis Aegyptiacae V 572, 45.

Mendicabula ⟨mendicationes⟩ V 644, 22 (*Non.* 138, 23).

Mendicitas πτωχεία II 425, 60. ἐπαιτοσύνη II 305, 17. egestas II 587, 23.

Mendico ἐπαιτῶ II 305, 18. **mendicari⟨er⟩** mendicare V 644, 22 (*Non.* 138, 23; *v.* mendicabula).

Mendiculcia ποικίλιον III 323, 34 (*contam. videtur Hageno progr. Bern.* 1877 *p.* 113: *cf. W. Heraeus* 'Spr. des Petr.' 24).

Mendicus ἐπαίτης II 128, 49; 305, 16; III 14, 17; 87, 8; 250, 58. προσαίτης II 420, 25. προσαίτης, ἐπαίτης III 335, 56. πτωχός II 425, 61; III 178, 24. *V.* rullus.

Mendosus ψεύστης II 480, 28. **mendosum** ἐνάμαρτον (ἐφ.?) II 128, 50.

Mendum *v.* menda.

Mene me ergo IV 115, 44; 416, 14; 452, 34 (*Verg. Aen.* I 37?); 537, 24; V 116, 28; 310, 15.

Mene graece Luna V 371, 50 (*cf. Arch.* II 259). *V.* mena.

Menenca in cerebro membrana quaedam uel pars cerebri: est autem graecum *Plac.* V 32, 20 = V 84, 1 = V 116, 43. *Cf.* **menigam** Graeci appellant membrana⟨m⟩ capitis *lib. gloss. cum nota Galeni.* **miningae** sunt iuncturae capitis V 621, 33.

Mens διάνοια, νοῦς, ἔννοια II 128, 48. νοῦς II 377, 19; 495, 70; III 279, 33; 501, 2. διάνοια II 273, 6; 508, 5; III 279, 29. animus IV 116, 38 (*cf. Serv. in Aen.* VI 11). φρένας (!) III 161, 68. **mentis** genitiuum casum pro nominatiuo posuit: debuit enim dicere mens *Plac.* V 84, 2 = V 116, 45 (*GR. L.* II 341, 20). **mentem** ab animo antiqui separauerunt, mentem ut sciat, [ut sciat] animum, ut uelit aut possit dicere. praeterea nonnumquam et animus pro uiribus ponitur V 222, 10. *V.* alta mente, in m. est, i. m. habeo, in mentem, mente captus, mentis inops, mentis compos, sine m.

Mensa τράπεζα II 458, 12; III 20, 45; 87, 80; 92, 19; 184, 65; 197, 13; 268, 58; 269, 45; 321, 23; 411, 73; 456, 3; 504, 67. **da mesa** παράθες II 563, 21. **de secunda mensa** περὶ δευτέρας τραπέζης III 15, 34. ponite **mens[ur]am** θέτε τὴν τράπεζαν III 521, 38. **mensas** nunc panificia deorum Penatium dicit (*scil. Verg. Aen.* III 257; VII 116) V 222, 20.

Mensae deorum puluinaria IV 452, 35 (*Verg. Aen.* II 764).

Mensalis *v.* menstruus.

Mensare saepius mingere IV 364, 45; V 465, 23; 528, 23 (= minsare).

Mensarius τραπεζίτης III 271, 29.

Menses *ex glossis optime illustrantur. Ipsum vocabulum* **mensis** μήν *in his est:* II 370, 62; III 339, 32; 347, 55; 371, 47; 427, 36; 456, 4; 569, 25. mes III 499, 72. **menses** μῆνες III 9, 59; 83, 31; 295, 32; 339, 31; 499, 74; 529, 65. *Integrae series nominum, quas excerpere nolui, hae sunt:* 1) nomina mensium secundum Hebraeos: Nisan Martius, Isar (= Iiar) Aprilis, Siuan Maius, Tham[n]us Iunius, Dustrus (= Δύστρος) Iulius, Elul Augustus, Thisri September, Marisan October, Casleu Nouember, Thesbeth December, Sabath Ianuarius, Adar Februarius (*nihil mutavi: cf. Ideler* I 509 *sqq.*). 2) Item secundum Graecos (*h. e. Macedones: cf. Ideler* I 393): Δῖος Martius, Ἀπελλαῖος Aprilis, Αὐδυναῖος Maius, Περίτιος Iunius, Δύστρος Iulius, Ξανθικός Augustus, Ἀρτεμίσιος September, Δαίσιος (*vel* Δέσιος) October, Πάνεμος Nouember, Λῷος December, Γορπιαῖος Ianuarius, Ὑπερβερεταῖος Februarius III 72, 1—26. 3) Μῆνες Ἑλλήνων (*immo* Ῥωμαίων) menses Graecorum (*immo* Romanorum): Ianuarios Ianuarius, Februarios Februarius, Marcios Marcius, Aprilios Aprilis, Maios Maius, Iunios Iunius, Iulios Iulius, Augustos Augustus, Septembrios Septembrius, Octobrios Octobrius, Nouembrios Nouembrius, Decembrios Decembrius (*in quibus nihil mutavi*) III 210, 4—16. *Secuntur* 4) μῆνες Ἀντιοχέων menses Antiochensium (*immo* Ἀθηναίων *et* Atheniensium: *emendatam dedi formam*): Ἑκατομβαιών Ianuarius, Μεταγειτνιών Februarius, Βοηδρομιών Martius, Πυανεψιών Aprilius, Μαιμακτηριών Maius, Ἀνθεστηριών Iunius, Ποσειδεών Iulius, Γαμηλιών Augustus, Ἐλαφηβολιών Septembrius, Μουνυχιών Octobrius, Θαργηλιών Nouembrius, Σκιροφοριών Decembrius III 210, 17—29. *Denique* 5) μῆνες Ἀντιοχέων menses Antiochensium (*cf. Ideler* I 430: *formam dedi emendatam*): Αὐδυναῖος Ianuarius, Περίτιος Februarius, Δύστρος

Martius, *Ξανθικός* Aprilius, *Ἀρτεμίσιος* Maius, *Δαίσιος* Iunius, *Πάνεμος* Iulius, *Λῷος* Augustus, *Γορπιαῖος* Septembrius, *Ὑπερβερεταῖος* Octobrius, *Δῖος* Nouembrius *Ἀπελλαῖος* Decembrius III 210, 30—42. *Cf. Hermen. Einsidl.* 242, 53 *sqq., ubi etiam menses Βιθυνῶν et Ἀσιανῶν ex menologiis suppleta sunt. Praeter has series singuli menses saepissime commemorantur. Menses Hebraeorum ex parte ex Eucherio petiti sunt* (*Instr.* II *p.* 153). *Menses Etruscorum, qui in solo libro glossarum exstant (cuius copiae in recentiora glossaria transierunt: cf. Broecker Phil.* II 246 *sqq. qui Papiam excerpsit; Mommsenus qui gloss. Leidense* 67 *D a Loewio p.* 116 *descriptum adscivit Mus. Rh. vol.* XVI *p.* 146) *hi sunt:* Aclus, Ampiles, Cabreas, Celius, Ermius, Traneus, Velcitanus, Xosfer (*cf. Corssenus de Etr.* I 849): *quos suis locis inserui. Menses Bithynorum* (*cf. Ideler* I 421) *hos suis locis inserui:* Areos, Aphrodisios, Bendidios, Demetreos, Dionysios, Dios, Hereos, Ermeos (*Ἑρμαῖος*), Eraclios, Metreos (*Μητρῷος*), Prietios (*Περιέπιος*?). *Deest* Strateios. *Menses Byzantinorum in solo libro glossarum exhibentur hi* (*cf. Hermann Philol.* II 267; *Bischoff 'Leipz. Stud.'* XVI 156): Artemesios, Agrantos (*scr. Ἀγριάνιος*), Bosporios, Carnios, Dionysius, Eiclios, Iateos (= *Ὑακίνθιος*), Licios, Machanios, Malaforas, Petagnicius. *Menses Perinthiorum item in solo libro glossarum hi sunt* (*cf. Philol.* II 259): Anthesterion, Artemesios, Boedromion, Calameos, Croinon, Desios, Leneos, Panemos, Posideon, Sebastos. *Macedonum hi* (*cf. Ideler* I 403; *C. F. Hermann 'Abh. der Gött. Ges. d. W.'* 1845 *p.* 141): Artemesios, Adineos, Apellaeos, Dios, Distros, Hyperbereteas, Panemos, Peritios, Xanticos. *Cappadocum menses* (*Ideler* I 442): Amarthath, Apamoinama, Artana, Atrade, Arteisti, Cateorin, Datusa, Mitre, Oroatata, Osamanai, Sandara, Teiori. *Tenerum menses* (*Athenaeorum? nullo loco* Teucrorum *Papiae legitur*): Anthesterion (Iulius), Hecatombeon (Ianuarius), Elaphebolion (Augustus), Gamenon (Iulius), Memacterion (Aprilis), Posteon (Maius), Municion (Sept.), Sciroforion (Nouember). *Revera Atheniensium esse credes, si pro Hecatombaeone h. e. Iulio, Ianuarium positum invenies et sic deinceps, quamvis non desint errores. Secuntur menses Ellenorum* (*h. e. Ἑλλήνων: Marquardt Staatsverw.* I *p.* 305 *confert Ruehl*), *qui paene omnes ad Augustum et Augustae domus honorem pertinent* (*cf. Broecker l. s. s. p.* 258; *post a.* 18 *ante Chr., fortasse a.* 14 *hos menses constitutos esse Ruehl conicit*) *hi:* Sabastos (*h. e. Σεβαστός*); Agripeos (*Ἀγρίππειος*); Libenos (*Λίβειος*?); Octteos (*Οκτάβειος*); (*Maius deest: aut Iuliam aut Caesarem respiciendum fuisse Ruehl putat*); Naroneos (*Νερώνειος*); Druseos (*Δρούσειος*); Aphrodiseos (*Ἀφροδίσιος*?); Anchiseos (*Ἀγχίσειος*); Pomeos (*Ῥωμαῖος*?); Eneades (*Αἰνεάδειος*); Capetoleos (*Καπετώλειος*). *His denique Aegyptiorum menses addendi hi:* Archoitoth (= *ἀρχὴ* Thoth), Ciacin (*vel* Ciach), Epyphi, Famenoth, Farmati, Mesoro, Faufi, Pacon, Pauni Tibico(n)fach (= Tybi, Choiak?: *cf. Ruehl Chronol.* 216). *Reliquos ut Syrorum paucos menses hoc loco mitto. V.* Ianuarius, *ubi menses Romani enumerantur et explicantur,* m. Commodus, m. Hyperberetaeus, m. Quintilis et Sextilis, initium m.

Mensis Commodus September mensis IV 258, 13; V 572, 53 (*om.* mensis). *Cf. Script. h. A.* VII 11, 8.

Mensis ⟨H⟩yperberetaeus (*sine interpr.*) V 411, 16 (*cf. can. apost.* 38).

Mensi[li]s Quintilis et **Sextilis** additi sunt, quam (*scr.* quando) Agustus (ab Augusto *def*) ⟨in⟩uenit IV 416, 11. **mens[il]is Quintilis** V 544, 31. **mensis Sextilis** mensis Agustus: hi menses eo tempore appellati sunt Iulius et Agustus, quando Iulius Caesar Agustus imperium adeptus est V 222, 9. **mensis nouorum** (*vulg. Exod.* 23, 15) Martius mensis quia anni initium hic mensis est apud Ebraeos V 222, 8. *Cf. Serv. in Georg.* I 43.

Mensit timet, formidat IV 416, 8 (metuit? timescit *Volkm.*).

Mensiuncula *v.* morsiuncula.

Mensor *προμετρη⟨τή⟩ς* III 201, 67. **mensores** a metiendo, id. est a mensurando V 310, 39.

Menstrua luna *μήνη* III 425, 7.

Menstrua mens (merces *Buech.*) V 663, 5.

Menstruosa luna *ἡ ἐμμηναία Σελήνη* III 242, 23 (*unde*? menstrua l. *Verg. Georg.* I 353).

Menstruus *μηνιαῖος* II 370, 63. **menstrua** *ἔμμηνος γυνή* II 296, 11. **menstruum** *μηνιαῖον* II 128, 52. subaudis tempus unius mensis IV 116, 3; 257, 49; V 465, 26. defectio lunae V 371, 27. quando luna distruitur uel instruitur (*de lib. rot.* = *Isid. de nat. rer.* XVIII 5) V 415, 51; 426, 1. **menstrua** *ἔμμηνα* III 242, 24. *καταμην⟨ι⟩αῖα* III 556, 9; 620, 50. purgatio mulierum III 603, 10. a mense dicta, id est tricensimaria IV 116, 11; 364, 46 (tricensima); V 310, 37; 465, 27 (tricesimaria); 544,

32 (tricesima luna). **mens⟨tr⟩ui** mens⟨u⟩ales IV 116, 2. **menstrae** mensales V 310, 42. **mensium** mensales V 465, 25.

Mensula *τραπέζιον* II 458, 13; 497, 24.

Mensularius *τραπεζίτης* II 128, 51. **mensularium** nummularium quem Graeci trapezita (!) uocant IV 116, 37. *Cf. 'Abh. d. S. G. d. W.'* X *p.* 517.

Mensum mensuratum IV 116, 1; 257, 47; 364, 47; 537, 22; V 310, 26; 465, 24.

Mensura *μέτρον* II 128, 47; 370, 24; 497, 22; 523, 18; 545, 64; 557, 27; III 77, 14; 339, 15; 456, 5. *διάμετρον* III 293, 58; 514, 25. norma IV 364, 48. **mensurae** *καταποντισμοί* III 435, 8. *V.* rictus.

Mensurator *v.* geometres.

Mensuratus *v.* collineati.

Mensurnus qui menses computat V 572, 58. est aeger, singulis mensibus languens V 621, 21.

Mensuro *ἐκμετρῶ* II 291, 45.

Menta *μίνθη* III 265, 47. *ἡδύοσμον* II 128, 56; 323, 38; 497, 20; 545, 63 (*GR. L.* I 553, 23); III 16, 40; 88, 63; 186, 2; 317, 36; 359, 27; 65; 397, 70; 412, 12; 430, 59 (-*ος*); 487, 28. ediosmus III 632, 10. ediosmon III 538, 41; 560, 60. ediosmos III 545, 73. hidrismus III 546, 61. idiosmu III 539, 54. *ἐρύσιμον* (*ἡδύοσμον*?) III 546, 4; 582, 32; 590, 36; 611, 58; 624, 1; 632, 17. lappa III 540, 32. tubera uel arestolozia III 584, 54 (*pertinet ad* malum terrae). tarsis (mentastris?) III 630, 19. tasis III 577, 42. *ἡδύοσμος* id est **menta** siue agrios et ciceris (?) III 582, 20. *Cf. ἡδύοσμον καλάμινθος* nepita III 265, 48. **mentam** *ἡδύοσμον* III 219, 8 = 234, 5 = 653, 11. *V.* nepeta, mentastrum.

Menta agrestis nepita III 541, 8. mentastro III 614, 7. mentastris III 626, 23. *V.* mentastrum.

Menta alba mentastrum III 569, 67. erre (aerae = *αἶραι Buech.*) III 590, 14. erere (?) III 623, 49. *V.* mentastrum.

Menta nigra *ἡδύοσμος* III 569, 66; 590, 8; 611, 6; 623, 39. erere (?) III 611, 39.

Menta sicca cr. sagrina (glechon agrion *Stadler*) III 544, 49. edeismo (*ἡδύοσμον*) III 545, 41. menti orionoñ (= *ὀρεινόν*) III 548, 6 (*cf. Pseudap. c.* XCIII). *Cf.* mente ori[o]non nepeta III 548, 12.

Mentastrum menta alba III 569, 67. **mentastro** menta agrestis III 614, 7; 626, 23 (mentastris). **mentastrum** (*vel* -rus) losarus (*ἡδύοσμος Stadl.*) III 592, 22; 60; 613, 47; 614, 13; 625, 68; 626, 37. nepita III 570, 3. gonos Apollonos III 557, 14 (*Pseudapul. c.* XC). choos Apollonos III 621, 39. Apolonus III 552, 27. glechon agrion III 562, 41 (= *Pseudapul.*); 564, 19 (gremm a.). ossimite breumon (osmiten bregmu = *βρόμον ὀσμίτην cod. Vrat. Pseudapul.*) III 570, 62. calamita (= *καλαμίνθη*) id est **mentastro:** alii dicunt quod sit nepeta III 531, 47. *V.* nepeta, menta agrestis, m. alba.

Mente captus *φρενοβλαβής* II 473, 11. *ἀνόητος* II 228, 13.

Mentem mortalia tangunt tangunt (tangit?) animos eorum humana miseratio IV 452, 36 (*Verg. Aen.* I 462).

Menticeps demens *gl. Sal. Cf.* menceps.

Mentio *μνήμη* II 372, 19. *ἀνάμνησις καὶ ψεῦσμα* II 128, 54 (*cf. Keller 'Lat. Et.'* 153).

Mentior *ψεύδομαι* II 480, 25; III 81, 20; 164, 34; 411, 43; 456, 6. **mentiris** *ψεύδει* III 164, 35; 411, 44. **mentitur** *ψεύδεται* III 7, 32; 164, 36; 411, 45. *V.* quodsi mentirim.

Mentiriosus (?) fallacem aut mendacem V 222, 11 (*ubi* mendosus *Pal. m.* 6. mentiosus? *nisi maior est corruptela*).

Mentis compos sanae mentis V 310, 52.

Mentis conceptio *ἐνθύμημα margo* II 102, 52.

Mentis inops alienus a mente IV 416, 7 (*Ov. Fast.* IV 457).

Mentita tela non uera, sed per dolum capta V 222, 13. spina (spicula *Buech.*) quasi pacato more significata V 222, 12 (*Verg. Aen.* II 422).

Mentor inuentor *Plac.* V 33, 21 = V 84, 3 = V 116, 44 (*ubi* mentitor *Deuerling, quo non opus: cf.* V *praef. p.* VI, *Buech. lex. It.* XVI, *W. Heraeus Arch.* VI 555).

Mentor sculptor V 372, 39; 635, 61.

Mentor uel **Policletes** uel **clusor** (Myro *Lommatzsch; Iuv.* VIII 103) sunt sculptores V 621, 17.

Mentula *ψωλή* III 351, 44. **mencla** *ψωλή* II 481, 40. *Cf. Loewe Prodr.* 303.

Mentum *γένειον* II 128, 55; III 12, 21; 85, 46; 175, 25; 247, 61; 310, 41; 349, 40; 394, 45; 411, 59. *ἀνθερεών* II 227, 19.

Mentum qui pectori (*vel* pectus) **habet infixum** *ἐμπροσθότονος* III 600, 27.

Meo *ὁδοιπορῶ* II 379, 15. *πορεύομαι* II 413, 40. **meat** *πορεύεται, φοιτᾷ, πορείαν ποιεῖται* II 128, 22. manat, decurrit uel proficiscitur IV 115, 34. defluit uel decurrit IV 117, 1. manat, decurrit, ambulat IV 257, 48. commeat uel manat V 373, 33. secat uel manet (!), pergit, redit IV 364, 26 (metit *et* meat: *cf. Loewe GL. N.* 133). murat (manat?) V 310, 27. decurrit IV 537, 3 (*adde* **manat** proficiscit *vel* proficiscitur *ex* 4).

Meogallus (*vel* -lis: *μυγαλῇ Stadler.*) id est squiriolus III 569, 76 (scuriolus);

592, 59; 614, 36; 626, 36 (= sciuriolus). *V. Diez* I scojattolo, *Koerting* (scuirus).

Meo sine numine absque mea maiestate IV 452, 37 (*Verg. Aen.* I 133).

Mephitis (mef. *codd., bene*) δυσωδεία II 282, 34. δυσοσμία II 282, 8. ὀζομενία II 379, 39. dea quae pluribus Italiae locis religiose colitur et in lucanis (lucis *Buech.*) quoque, ⟨h⟩uius deae fons est ex quo grauissimus odor redditur sulphureus *Plac.* V 83, 23 (*Verg. Aen.* VII 84: *cf. Serv.*). terrae putor qui de aquis nascitur V 554, 38.

Meque et me IV 117, 4; 364, 50; V 465, 28; 528, 22.

Meraca est puritas uel calciamentum clauatum V 621, 34 (*cf. Osb. p.* 365 meracitas). *Cf.* **merara** αὐστηρά III 456, 8; 485, 51 (*ubi* meraca *Ducangius*).

Meraculum ἄκρατον III 255, 39 (ἔκρατον *cod.*). [εν]ἄκρατον III 456, 7; 486, 2 (ἐν ἄκρ. *Buech.*). **meraclum** encraton (ἄκρατον?) III 184, 61. *Cf.* **mergulum** ἀκρατοφόρον III 23, 2 (*ubi* mericulum *Funck Arch.* VIII 380 *cum Ducangio*). *V.* mericulum.

Merae nugae manifestae turpitudines siue ingratae maculae V 222, 15 (*Cic. ad Att.* VI 3, 5).

Meraria γενστρίς II 128, 57. popina *Scal.* V 605, 15 (*cf. Osb.* 365). *V.* caupona.

Merariolum (meras. *codd.*) ἀκρατοφόρον III 93, 67.

Merarium ἀκρατοφόρον III 324, 48; 368, 14. γενστρίς III 324, 60; 512, 62.

Merarius οἰνοπώλης III 202, 21; 268, 13; 272, 10.

Meratrum est herba de qua comedunt serpentes et exuunt uetustatem (*v. Mayor* 'Class. Rev.' 1895 *p.* 264) V 621, 30 (= marathrum); *cf. Is.* XVII 11, 4.

Mercatio ἀγορασία II 217, 4; III 277, 8. **mercat⟨i⟩o** ὠνή II 482, 15 (*corr. a e*).

Mercatique solum emerunt terram IV 452, 39 (*Verg. Aen.* I 367).

Mercator ἔμπορος II 128, 59; 296, 45; III 201, 64; 271, 63; 307, 44; 355, 3; 456, 9; 518, 5. ἀγοραστής II 217, 5; III 277, 11. **mercatores** ἔμποροι III 29, 32; 297, 25; 493, 1; 517, 21.

Mercatum πανήγυρις II 393, 18; III 294, 72. ἐμπόριον III 493, 2. **mercatis** conmerciis V 644, 17 (*Non.* 138, 7). *Cf. GR. L. suppl.* 214, 25.

Mercatus πανήγυρις II 393, 18; III 171, 62. ἀτέλεια, πανήγυρις II 128, 58. ἀτέλεια, ἐμπορία II 538, 47. ἐμπορία II 296, 44; 488, 65. ἐνπορία ἢ πανήγυρις ἢ ἀτέλεια II 550, 61.

Mercedarius qui dat mercedem pro labore sibi inpenso IV 116, 7; 537 27; V 310, 31; 373, 32 (mercedem dat); 465, 30; 605, 2. qui mercedes dat pro labore IV 258, 16. qui dat mercedes IV 364, 52. est qui mercedes dat V 621, 13.

Mercedis (mercis *cod.*) **retributio** ἀντιμισθία II 230, 5 (*corr. e*). μισθαποδοσία II 371, 63.

Mercedonius qui soluit mercedem *Scal.* V 604, 53 (*Osb.* 361, *Festus Pauli p.* 124, 6).

Mercennarius μισθοφόρος, μίσθιος II 129, 3. **mernarius** (*corr. a*) μισθοφόρος II 372, 10. μισθοφόρος II 372, 4. **mercenarius** μίσθιος II 371, 64; III 456, 11. μισθωτός III 262, 10; 357, 30. **mercennarius** μισθωτός III 275, 33; 300, 17. μισθωτής III 200, 51. qui accipit mercedem post laborem IV 537, 28. qui accipit mercedes IV 364, 53; V 544, 35. qui accipit V 310, 32 (*cf.* 31). **mercennarii** μισθωταί III 27, 23.

Merces μισθός II 371, 65; 495, 71; 519, 34; 541, 10; III 339, 16; 456, 10. μισθὸς καὶ ἐνθήκη καὶ πραγμάτιος (*ubi* πραγματεία *Ducange*) II 129, 1. ἀντιμισθία III 488, 46. εὐθηνία II 317, 20 (merges). **mercede** μισθός III 199, 5. operis conpensatione IV 116, 8; 537, 29. **mercedes** μισθοί III 77, 17. *V.* merx.

Mercimonia negotiationes V 537, 20 (*non ex Terentio sumpta*); V 310, 49; 544, 34. commercia negotiationum IV 258, 3. commercia IV 116, 10; 537, 30. *V.* meritorium.

Mercitorium locutio II 587, 18 (meritorium locatio?).

Mercor ἀγοράζω II 216, 61. ἀγοράζω, ὠνοῦμαι III 277, 9. **mercatur** ἀγοράζει II 128, 60. **mercat** nundinat V 635, 62. **mercatur** emit uel nundinatur IV 364, 51. emit uel comparat IV 115, 32. **mercantur** ement (!), conparant IV 452, 38 (? *Verg. Aen.* II 104). **mercentur** emant IV 116, 28. **mercare** uendere (!) uel conparare V 548, 26.

Mercule *v.* melculo.

Mercurialis linozostes (*cf.* linozostis arrhen *Diosc.* IV 188) III 567, 41. linozo III 566, 68. linosoditi III 567, 42. linocistidus III 568, 7. linocostodiis III 569, 61. linocostidus III 592, 13. linocostidis III 625, 59. emobotanis (Ἑρμοῦ βοτάνιον *Diosc.*) III 561, 61. argirites III 552, 23 (argyritis *Pseudap.* LXXXII). partenion (parthenion *Pseudap.*) III 573, 20. partiminion III 574, 4. partimino III 548, 38. partemnius III 594, 4; 615, 62; 627, 55. iustiaria III 591, 47; 613, 18; 625, 18 (*cf.* pergemini [= parthenion?] iustiaria III 593, 64; 615, 59; 627, 51). uirginale III 579, 16. uirginalis III 632, 68. partiminon, id est

uertenalis III 585, 28. geniotelis siue partemmo III 632, 21 (*cf.* geneotolus partiminion III 583, 23). geniotelis III 564, 61. geniotiles III 590, 71; 612, 44; 624, 36 (herba merc. *his tribus locis*). geniotilis III 546, 43. gitiopilis III 539, 37 (*cf.* genitolus id est gerante siue partiminon uel germebota (*v. supra*) uel m. III 583, 7 + 8). ecidenen III 590, 11; 592, 62; 614, 38. ecidenem III 611, 36 (merculiaris). ericidinis III 623, 41 (merculialis). cacasia III 556, 72; 621, 30. cacassia III 537, 68. cacusia siue cistus III 568, 54. posttenuo (= parthenion) id est cacasio III 572, 43. linotus agria III 567, 19. linotesagria id est herba cassia III 540, 39 (*v.* cassia). zotimagria (= *λινόζωστις ἀγρία*) III 630, 61. sideritis III 632, 59. sidirtas III 629, 14 (*cf.* sidiritis m. betonica III 595, 22). sidelates III 576, 75. agurnos (*cf. Pseudap.*) III 552, 18. agurias III 552, 19. argumon III 552, 22. crissites (chrysitis *Diosc.*) III 558, 45. grisitis III 564, 26. linocofatus III 613, 52. acileos III 552, 65. ermubasion (hermubasilion *Pseudap.*) III 561, 21. hermulia silior(?) 561, 16. lazanzus siue ermibota (= *Ἑρμοῦ βοτάνη*) III 584, 16. *Cf.* iusti agria **Mercuride** III 547, 23 (*ubi non recte Schmidt λινόζωστις quaerit: immo* iustiaria). *Adde* herba **mercurialis** *λινόζεστον* (-*ζω*-) *βοτάνη* II 68, 32. *V.* linozotissiu.

Mercurius *Ἑρμῆς καὶ τραῦμα ζώον* II 129, 4. *Ἑρμῆς* II 314, 40; III 8, 47; 72, 32; 83, 1; 167, 53; 236, 43; 242, 18; 289, 52; 348, 19; 393, 39; 411, 52; 492, 67; 516, 43. lapidum congeries in cacumine collium *Scal.* V 604, 37 (*cf. lib. proverb.* 26, 8). **Mercurii** *Ἑρμοῦ* III 292, 52; 516, 63. **Mercurium** dainis (*cf. schol. Verg. ecl.* VIII 1) III 513, 34.

Merda *τὸ ἀφόδευμα τοῦ ἀνθρώπου* II 545, 66.

Merenda *ἄριστον δειλινόν* II 244, 39. *δειλινή* II 267, 12. *δείλη*, *δείλισμα* III 254, 54. *δειλίασμα* II 497, 23. *δειλινισμός* III 183, 26. cena, refectio II 587, 17. meridia(!) IV 364, 49; V 544, 33. *Cf. Isid.* XX 2, 12.

Merendare meridie edere V 222, 14.

Merendiana *δείλη* III 456, 12; 485, 68 (meridiana *apud Labb.*).

Merens *v.* bene merentes.

Merenter *ὠφελίμως* II 483, 2.

Mereo (-or *a*) *ἀξιοῦμαι* II 232, 1. **mereor** *ἀξιῶ* II 232, 9. sine diptongo milito V 554, 35 (*v.* maereo). **meret** stipendium facit V 554, 30. **merit** *τελεῖ ἐπὶ ἀναφορᾶς* (*ἀποφ.*?) II 129, 9. **merear** meretur (?) IV 116, 40. **meruit** *κατηξιώθη* II 129, 17. **meruerit** *ἄξιος γένηται ἤτοι ἀξιωθῇ* II 231, 57. **merit⟨a⟩** es digna es IV 116, 24 (*Ter. Eun.* 750).

Meretricatio lenocinatio, fornicatio V 222, 16.

Meretricula *πορνίδιον* II 413, 56.

Meretrix *ἑταίρα*, *πόρνη* II 129, 7; III 272, 8. *ἑταίρα* II 315, 51; III 411, 67. *πόρνη* II 413, 54; III 456, 13. a merendo dicitur IV 116, 46 (= *Isid. Diff.* 263). lupa, len[i]a, scortum IV 364, 54. fornicatrix, adultera aut libidinosa V 222, 17. **meretricorum** *v.* comisatio.

Merga est furca V 621, 19. **mergae** fustes quibus messes colliguntur uel corui marini V 310, 19 (mergi); 373, 35. **mergi** fustes quibus messes colliguntur IV 258, 14; 537, 52 (mergis); 365, 1 (merges *et* cum quibus). *V.* mergus, mergulus.

Merges unde messis collegitur et scutitur *Leid.* 67 *E* (*Loewe Prodr.* 429). **mergite⟨s⟩** culmi, manipulos spicarum V 372, 36. **mergites** fasces spicarum uel lini V 222, 18. **mergitis** fasces (facies *vel* fatię *codd.*) spicarum (spinarum *codd.*) IV 258, 5. *Cf. Serv. in Georg.* II 517; *Festus Pauli p.* 124, 1.

Mergo *βυθίζω* II 260, 40; III 410, 17; 456, 14. *δύνω εἰς ὕδωρ* II 281, 33. *βαπτίζω* II 255, 50. **mergis** *βυθίζεις* III 410, 18. **mergit** *βυθίζει* II 129, 16; III 410, 22 (ebithyzi). **mergamus** *βυθίσωμεν* III 410, 19. **merge** *βύθισον* III 410, 16. **merserunt se** *ἐβυθίσθησαν* III 410, 21. **merguntur** *βυθίζονται* III 410, 20. **mergier** mergi *Plac.* V 84, 5 = V 116, 42; IV 116, 29.

Mergorae (-olae?) situlae quibus aqua de puteo trahitur *Scal.* V 604, 52 (*Osb.* 366).

Mergulatus *v.* mersus.

Mergulus *αἴθυια* III 17, 58; 319, 6; 397, 33 (merulus); 518, 43. oritacus (*ἐρίθακος*?) III 412, 9. scalfr (*AS.*) V 372, 21. **merguli** corui marini V 465, 31. aues marinae IV 116, 27. **mergulae** *αἴθυια* III 361, 22. *V.* uenter merguli. *Cf. GR. L.* IV 199, 7.

Merguneulus *αἴθυια* III 436, 5.

Mergus *αἴθυια* II 129, 15; 220, 27; 489, 1; 538, 44; 550, 58 (*GR. L.* I 552, 13); III 89, 64; 187, 66; 257, 66 (*ἠθυρά*); 360, 16. *δύτης ὄρνις* II 282, 38. *ἐρωδιός* III 360, 47; 494, 46 (*alias ἐρωδιός est* fulica; *at cf.* II 220, 27). scalfr (*AS.*) *Epin. post* V 372, 29. coruus marinus V 629, 60. **mergi** corui marini uel fustis serrae IV 538, 1 (*v.* merga *et cf. Verg. Aen.* V 128); V 604, 23. *V.* mergulus.

Mericulum *ἀκρατάριον* II 223, 35. *V.* meraculum.

Meridialis μεσημβρινός III 293, 7.

Meridianus μεσημβρινός *post* II 129, 8. **meridianum** μεσημβρινόν II 368, 10. καὶ μεσημβρία et **meridiañ**(?) III 426, 34.

Meridies μεσημβρία II *praef.* XXXVII; 129, 8; 368, 7; 512, 23; III 169, 33; 241, 28; 456, 15; 500, 13. meridianus dies V 651, 1 (*Non.* 451, 5. *cf.* dicta **meridies** meridiane dies V 650, 35). μεσήμβριον III 426, 26. **meridie** δειέλη III 347, 61. δείλης II 267, 9 (III 110, 28 = III 640, 8). δειλινόν II 267, 13. μέσην ἡμέραν III 295, 38; 529, 66. μεσήμβριον III 295, 39; 529, 67.

Meridio μεσημβρίζω II 368, 8. μεσημβριῶ III 339, 22; 456, 16.

Merit floret V 372, 47 (maeret plorat *Hessels.* flet? metit flores secat *Schoell coll. Verg. Georg.* IV 54).

Meritae ⟨**palmae**⟩ dignissimae uel palmae manus IV 452, 40 (*Verg. Aen.* V 70).

Meritissime dignissime *Plac.* V 32, 12 = V 84, 7 (gradus superlatiuus *additur*) = V 116, 33 (*item*). meritissimo *Kettner.*

Merito ἀξίως II 232, 8. εἰκότως, εὐλόγως II 129, 11. δικαίως II 277, 27; III 135, 14. εἰκότως II 285, 47. εὐλόγως II 318, 17. iuste V 413, 68 (*reg. Bened.* 7, 47). *V.* non merito.

Meritoria domus V 663, 4.

Meritorium ξενοδοχεῖον II 129, 18. ἀκρατοπώλιον II 223, 40. domus meretricis V 621, 32. cella uinaria uel hospitium V 554, 39. **meritoria** loca tabernarum, ubi adulteria committuntur IV 116, 6; 257, 51; 537, 26 (tabernaculorum); V 222, 19; 465, 33. mercimonia dicuntur V 652, 53 (*Iuvenal.* III 234). loca tabernaculorum *Scal.* V 604, 20. *V.* mercitorium.

Meritum εὐεργεσία II 129, 13; 316, 59; 504, 28; 547, 63. ἀξίωμα II 232, 3. ἀξία II 231, 40. εὐποιΐα II 319, 1. **merita** ἀνδραγαθήματα III 456, 17. **meritor[i]um** τῶν εὐεργετημάτων II 129, 12 (*corr. e*). **meritis** τῶν δικαίων II 129, 10. *V.* in merita.

Meritus ἄξιος II 129, 14. dignus II 587, 20; IV 365, 2. *V.* bene m.

Mero animo simplici fide et sincere IV 537, 32. simplice fide et sincera IV 115, 18. simplici fide, sincera V 310, 18. simplici, sincero IV 257, 52. simplici fide IV 115, 24. simplici, fido, sincero et integro IV 365, 3. puro uel simplici V 116, 32.

Mero Baccho puro uino V 544, 36 (*Verg. Aen.* V 77).

Meroen insula Nili V 116, 29.

Mero pede id est nudo pede V 652, 54 (*Iuvenal.* VI 159).

Merops nomen auis V 572, 46. **meropes** πτηνῶν εἶδος II 425, 39. aues apibus inimicae V 310, 50 (*cf. Serv. in Georg.* IV 14).

Merotheca *v.* in myrothece.

Mersat mergit IV 117, 7; 258, 1; V 465, 32. [formidat *ad* 8 *spectat, cf. a b c d e f*] mergit IV 416, 9.

Mersio δύσις ἡ ἐν ὕδατι II 282, 15. βύθισις II 260, 41.

Mersus βύθισις II 260, 41.

Mersus ... mergulatus *cod. Leid.* 67 *E* (*cf. Loewe Prodr.* 410).

Mertaret mergeret V 644, 23 (*Non.* 138, 29).

Merulus κόσσυφος II 129, 19; 354, 11; III 17, 60 (mergulus); 90, 6; 188, 8; 319, 39; 41; 360, 66; 379, 56; 435, 49; 456, 18; 477, 55. κόψιχος ὁ κόσσυφος III 257, 63 (κοκιχος *cod.*). κόψιχος III 360, 23. κόσσυκος III 412, 7. coyricus III 397, 40. [achira] III 487, 27. **merula** κόσσυφος II 519, 27; 541, 2; 553, 36. oslae (*AS.*) V 372, 35.

Merum ἄκρατον, μόνον, ψιλόν II 129, 20. ἄκρατον II 223, 34; III 15, 21; 87, 69; 184, 59; 255, 38; 315, 38; 364, 45; 60; 378, 71; 398, 31; 487, 15; 506, 27 (*cf.* δὸς ἄκρατον da **merum** III 514, 75). καθαρόν II 334, 44. sincerum V 310, 34; 48. quidquid nulli rei mixtum est, merum dicitur V 116, 30 (*Serv. in Aen.* III 525). **meram** puram IV 116, 9. puram, sinceram IV 537, 31. **mero meram** puro puram V 465, 29. **mera** καθαρά II 334, 34. pura IV 115, 28; 31; 537, 36. **meras** probatas IV 116, 44; V 116, 31. probas IV 116, 36. *V.* miratas.

Merus sermo V 662, 71 (*Hor. sat.* I 4, 48).

Merx φορτίον II 129, 5; 499, 22; 508, 3; 523, 28; 545, 60; III 456, 19; 485, 45 (*cf.* φορτίον . . . **merces merx** . . . II 473, 1; *cf. GR. L.* I 553, 22). sarcina, onus II 587, 25. haec **merces** et haec **mercedes** IV 348, 14. **merx** mercis a mercando, non merces mercedis V 372, 31. **merx** merze (*AS.*) *cod. Epin. post* V 372, 24. **mertus** (mercatus *Buech.*) mercis IV 116, 32. haec **merx** et haec **merces** quibus onerantur naues, pretium laboris . . . IV 348, 15. haec **merx** et haec **merces** quibus negotiatores onerant naues, pretium autem laboris haec **merces** et hae **mercedes** V 299, 48. **merces** φορτία III 194, 39. **mercibus** φορτίοις II 129, 2.

Mesana *v.* uesanus, **Mesgus** *v.* serum.

Mesochorus μεσόχορος III 172, 54; 240, 2.

Mesopicatum medium picatum V 372, 43; 603, 66. dimidium picatum V 310, 41 (tyumedium *cod.*); 635, 59. *Cf. Loewe Prodr.* XIV; 374.

Mesoro *(h. e.* Mesori) Aegyptiorum lingua Iulius mensis dicitur V 222, 21. *V.* menses.

Mespilum *μέσφυλλον* III 300, 62. mesfylon III 529, 72. *οὖον* III 300, 63. **melesperum** (= mesperum) *μελωφιλα* (?*μέσφιλα*?) III 358, 54. **mespila** *ἀχράδες* III 15, 57 (*αχλαδες*); 88, 21; 372, 44; 543, 34 (mespola); 551, 17. **mespira** mesfila III 412, 5. duratia (duracina?) quae multum constringit III 585, 3 (mespola). epimelida *(Diosc.* I 170) i. **nespula** III 562, 47 (*Diez* I néspola). tritoy (*cf. Diosc. τρίκοκκοι*) i. ossa de **mespula** III 578, 58.

Messala agricola, messor IV 258, 11; V 507, 20. messor V 310, 45; 372, 46. *Cf. Loewe Prodr.* 397.

Messata secta, incisa IV 116, 33; V 465, 36; 507, 22.

Messias unctus, id est Christus IV 257, 40 (*Isid.* VII 2, 6).

Messis *θερισμός* II 129, 22 (messus *cod. corr. e*); 327, 52 (*GR. L.* I 553, 6); 495, 55; 519, 33; 541, 9; III 75, 41; 145, 55 (mete); 356, 71. *θέρος* III 200, 1; 261, 27. *θερισμός, ἄμητος* III 261, 29. *ἄμητος* III 429, 47.

Messitudo a metendo II 587, 22.

Messo *θερίζω* II 327, 50.

Messor *θεριστής* II 327, 51; III 261, 30. **messores** *θερισταί* III 75, 42; 145, 56; 173, 35; 200, 9; 240, 58; 300, 11; 356, 72; 504, 39; 522, 5. a metendo, id ⟨est⟩ a secando V 310, 38.

Messorius *v.* falx m.

Messum (mesum *codd.*) secatum IV 116, 12; V 507, 21. **messae** sectae IV 452, 43 (*Verg. Aen.* IV 513).

Meta *καμπτήρ* II 541, 6; 553, 40; III 456, 20; 470, 77; 485, 69. *καμπτός* II 338, 11; 493, 43; 519, 26. *νύσσα* III 240, 68. finis IV 537, 41; V 310, 13. **metam** signis (?) recursum V 465, 38. **metae** *καμπτῆρες* III 11, 2; 84, 35; 173, 51; 240, 67; 302, 56. fines circi[um] V 311, 42. **metarum** finium IV 116, 16; 537, 39; V 465, 42. **metas** fines V 116, 37. terminos V 371, 2 (*cf. Oros.* III 20, 8). fines uel terminos IV 116, 31; 452, 44 (*Verg. Aen.* I 278). *Cf.* metas rerum.

Metabulum (= metaplus) prospera nauigatio *Scal.* V 604, 57. *Cf.* **metaplum** V 604, 55. *V. Osb. p.* 367.

Metalli dicuntur in lege[m] IV 115, 19; V 465, 45 (*supple ex Festo p.* 146, 30 *et corrige* Metelli).

Metallum *μέταλλον* II 369, 12. locus ubi auri uel argenti[que] pondus nascit (!) V 465, 39. **metalla** aurum, argentum, aes, ferrum uel marmor IV 116, 15; V 465, 40. aurum, argentum, aes uel ferrum IV 537, 33. laminulae auri uel argenti V 310, 46. **metalli** genus marmoris IV 537, 34. **metallis** uinculis, carceribus IV 365, 5. uinculis V 465, 2; 528, 21. *V.* procurator metallorum, in metallo, per metalla. *Cf. Isid.* V 27, 31.

Metallum argenti thym (*θεῖον*? *Buech.*) III 578, 43.

Metanda dubitanda V 548, 32 (metuenda *H.*).

Metantibus praeparantibus, consentientibus (? constitu.?), locantibus, manentibus (-antibus *cod.*) V 572, 43.

Metaphora translatio IV 416, 2. translatio rerum uel uerborum V 371, 57. uerbi usurpata transgressio *Plac.* V 84, 8; IV 117, 3. **meta⟨phora⟩** dictio translata a propria significatione V 372, 40. *Cf. Isid.* I 36, 2; *GR. L.* I 457, 4; IV 399, 17.

Metaphrasis *μετάφρασις* III 328, 10; 375, 56; 530, 54. **metafrasin** interpretatio V 370, 44; (*Euseb. eccl. hist.* VII 25) V 418, 46 = 427, 15. translatio uel interpreta⟨tio⟩ V 370, 47.

Metaplus *v.* metabulum.

Metapontum metapula matris *Scal.* V 604, 43 (*corrupta:* metaplus maris *H.*).

Metas rerum finis temporum IV 537, 42 (*Verg. Aen.* I 278).

Metator *ἑτοιμαστής* II 316, 7. *παρεμβολοθέτης* II 562, 17. qui futuro regi ('*cf. schol. Luc.* I 382' *Buech.*) parat II 587, 24. habitator, locator IV 257, 45 (arbiter *pro* hab. *Warren*). **metatores** mansionum praeparatores IV 116, 17; 537, 37; V 465, 41; 604, 21.

Metatus mansio, positio V 572, 50. **metatum** *ἑτοιμασία* II 316, 5 (metatio *e*).

Metellus *μίσθιος* II 129, 24. mercennarius a merendo V 465, 44. mercennarius a mercede V 507, 23; 572, 56. *V.* metalli. *Cf. Loewe Prodr.* 398.

Metempsychosis motatio (!) animae aliae in alterum hominem V 417, 7 (*de verb. interpr.* = *Hier. in Matth.* XI 14, 15).

Meteorus insanus IV 116, 39.

Methodiaca *μεθοδιακά* III 206, 25.

Methodias adinuentiones uel uersutias V 524, 8.

Methodus remedium IV 416, 4. **methodum** *μέθοδος* II 366, 26; 504, 33 (methodium *W. Heraeus* '*Spr. des Petron.*' *p.* 5). calculatio uel argumentum II 587, 19.

Meticulosus metuendus *Plac.* V 32, 16 = V 84, 9 = V 116, 36 (metuens). timidus uel metu plenus IV 116, 13; V 465, 47. timidus uel metuendus V 310, 14. timidus IV 537, 43; V 523, 47. dolendus (metuendus? timendus?) IV 365, 6. **metuculosus** timendus V 572, 49.

Met<i>endo ἐν τῷ μετρεῖν II 129, 23 (*suppl. a e*).

Metior μετρῶ II 370, 26. ἀναμετρῶ II 130, 1 (mitior *cod. corr. e*). καταμετρῶ II 342, 23. **metio** μετρῶ III 77, 13. **metitur** mensurat IV 116, 20. **metiri** mensurari IV 258, 2.

Meto θερίζω II 327, 50; III 75, 40; 145, 52. θερίζω καὶ ἀμῶ III 261, 28. **metis** θερίζεις III 145, 53. **metit** θερίζει III 145, 54. secat IV 116, 14 (*Verg. Aen.* X 513?); 537, 35. **metito** mete. Virgilius (*Georg.* II 410): postremus metito V 116, 35. *V.* meo.

Metonymia forma est ubi per id quod continet significatur quod continetur, ut apes per saepem, aut per id quod continetur id quod continet V 372, 17. graece transnomina<tio> V 372, 38 (*suppl. cod. Epin.*). *Cf. GR. L.* IV 400, 7; VI 467, 7; *Isid.* I 36, 8; *Festus p.* 153, 21.

Metor metaris eligo V 554, 31 (*Serv. in Georg.* II 274). **meto** ἑτοιμάζω II 316, 6. **metor** χωρομετρῶ II 479, 53. **metatur** manet IV 537, 38; V 310, 12. **metari** constituere uel locare IV 116, 18; 537, 40; V 465, 43. parare (= partire? *at cf.* metantibus, metator) V 644, 11 (*Non.* 137, 13). **metare** manere IV 115, 26 (munire *Maius*); V 465, 46; 507, 24 (*v.* meo).

Metra (= merra = μύρρα?) genus unguentum (-ti *cod. Epin.*) V 372, 41.

Metreos Bithyniensium lingua December mensis dicitur V 222, 22. *V.* menses.

Metreta amphora dimidia IV 537, 51; V 604, 22.

Metropolis μητρόπολις II 371, 21. mater ciuitatum V 418, 58 = 427, 26 (*Osb.* 367; *cf. Euseb. eccl. hist.* X 6).

Metropolitis habitatores Iherusalem *a post* IV 117, 2.

Metrum modium V 371, 29; (*Euseb. eccl. hist.* III 6) V 420, 6 = 428, 66. mensura V 465, 48. *Cf. Isid.* XVI 26, 9.

Metuendus φοβερώτατος II 472, 33.

Metum incussit imperat timere V 548, 27.

Metuo φοβοῦμαι II 472, 35. **metuĕre** φοβεῖσθαι III 456, 21. **metuēre** timuerunt et (*om.* V 116, 41) **metuĕre** autem timere: hoc uero accentus distinguit *Plac.* V 84, 10 = V 116, 41; V 222, 23. **metu<i>** timeri V 537, 4 (*Ter. Andr.* 494). *V.* hoc metuens, id metuens, mensit.

Metus εὐλάβεια, φόβος II 129, 25. εὐλάβεια III 209, 16. φόβος II 472, 34; III 237, 53; 456, 22. δέος II 268, 22; III 423, 61. timor, terror IV 365, 7.

Metus causa κατὰ φόβον πρᾶγμα III 456, 23; 476, 7.

Meum *in his est glossis:* **meu** siscer III 547, 60. sister uel pilus ceruinus III 584, 36. **meo** sistere id est qui simulat pilo ceruino uel radicis panace III 592, 36 (me); 626, 12 (panice). sidere id est qui similat radici panice III 614, 23 (*cf.* piloceruino id est sister III 574, 40). **meo erba** panacus III 592, 75. **meo** id est erba panacis III 626, 52. **meu** id est erba panacus uel radix leuistici III 614, 48. adamanticu (ἀθαμαντικόν) id est **meu** III 552, 36. **meu** id est idginos de radice III 568, 55. *Cf.* **me**s*e*na**** III 547, 55 (meios anetum agreste *Schmidt*). **semen de meu** (*vel* meo) meo antus III 614, 28. meosantus III 592, 47. meoantis III 626, 22. micanum III 584, 45. meuandrum **semen meu** III 569, 45. *Cf.* meagantus id est sperma III 592, 77; 614, 50; 626, 55 (meagantis). **flores de meo** meuasspereas (μήου ἀπορροίας *Buech.*) III 547, 66. *Cf. Diosc.* I 3.

Meus ἐμός II 296, 13; III 140, 32; 341, 19. **mea** ἐμή II 296, 6. **meum** ἐμόν II 296, 12; III 140, 33. τὸ ἐμόν II 456, 37. **mi** meus IV 365, 8; V 465, 49 (*GR. L.* V 565, 21).

Mica ψίξ II 481, 8. ψιχίον II 497, 25; 523, 22; 545, 65 (*cf. GR. L.* I 553, 24). **micae** ψίχες II 129, 26; III 7, 40; 14, 29; 81, 18; 314, 27; 456, 24; 470, 78.

Micans lucens IV 117, 12. fulgens V 116, 47. lucens, fulgens IV 538, 3. **micantia** rutilantia IV 117, 41. rutilantia, fulgentia IV 452, 45 (*Verg. Aen.* II 734).

Micas lego ψιχολογῶ II 481, 9; III 164, 54.

Micatio λαχμός II 359, 2; 495, 12; 519, 35; 541, 5; 553, 39 (*GR. L.* I 553, 7). sors II 587, 35. *Cf.* **micato** λάχιννος (λαχμός?) III 485, 39; **micus** ἴαχινος III 456, 25; 485, 59.

Michahel qu<i>s sicut deus? IV 258, 39 (*Isid.* VII 5, 12; *cf. Onom. sacr.* 19, 7; 56, 17; 73, 20; 80, 27).

Mic[c]inae ψίχες III 87, 20. **micinas** ψίχες III 164, 53.

Micipsa rex fuit Numidarum (*vel* Numidiarum) IV 117, 11; 538, 4; V 310, 58; IV 258, 17 (ui fuit = sex fuit = rex f., *ut b habet*). nomen est regis IV 416, 15. **Micipsae** Afri II 587, 37 (*Iuv.* V 89).

Mico λαγχάνω II 357, 66; III 77, 2. **micat** λαγχάνει, λάμπει II 129, 28. ἀστράπτει II 248, 47; III 245, 6. fulget IV 118, 2; 416, 18; 452, 46 (splendit, rutilat *add. d e f; Verg. Aen.* X 134); V 116, 46. splendet IV 538, 2. **mice-**

mus λά⟨χ⟩ωμεν III 5, 26. **micare** fulgorare, splendere IV 365, 9. *V.* mituo.

Micropsychus pusillanimis, parui animi IV 416, 12 (pusillanimus, paruianimus *a*).

Mictilis (mycteris *cod.*) pauper apparatus V 644, 15 (*Non.* 137, 27). *Cf. adn. L. Muelleri: scriptura prorsus incerta.* 'immo μιστυλίς' *Buech.*

Mictum οὔρησις II 390, 14; 504, 31.

Micturio οὐρητιῶ II 390, 15. **micturit** οὐρητιᾷ II 129, 27.

Micus *v.* micatio.

Migida coartifex, cooperator II 587, 29 (migada?).

Migma palea minuta IV 365, 10. palea minuta cum frumento permixta V 528, 26. palea minuta trita frumento permixta V 465, 50. palea minuta[rum] (uel critura *add. bc: ubi* tritura *c, recte*?) IV 258, 37.

Migratio μετοίκησις II 370, 10; III 456, 27; 485, 38.

Migrator μετανάστης II 369, 21.

Migro μετοικῶ II 370, 12; III 77, 27. μεταβαίνω II 368, 37. μετέρχομαι ἐπὶ τόπον II 370, 1. **migrat** μεταβαίνει, μεθίσταται II 129, 29. μεταβαίνει III 456, 26.

Mihi ἐμοί II 129, 30. dati⟨uu⟩m regit casum (reḡ caš *cod.*) V 310, 57.

Mihimet mihi ipsi IV 365, 11.

Milba glida (*AS.*?) II 587, 28 (milua = miluus). *Cf. W. Heraeus 'Spr. des Petr.'* 22. *V.* miluus.

Milcit *v.* mugio.

Miles στρατιώτης II 129, 31; 438, 46; III 27, 38; 208, 6; 456, 28; 503, 82. armatus IV 452, 47 (*cf.* armato milite *Verg. Aen.* II 20; XI 516). **milites** στρατιῶται III 298, 18; 352, 45; 395, 34; 411, 65. *De forma* milex *v.* militaris opinator, ordinarius m., *GR. L.* IV 126, 36; 197, 28.

